

ASSOCIATES PROGRAM

In grateful recognition
of

Edgar Scott
Class of 1920
1989-1990

for generous support of the
Harvard College Fund

The Harvard College Library

Cartularium Saxonicum:

A

COLLECTION OF CHARTERS

RELATING TO

ANGLO-SAXON HISTORY.

BY

WALTER DE GRAY BIRCH, F.S.A.,

OF THE DEPARTMENT OF MSS. BRITISH MUSEUM, HONORARY SECRETARY OF THE BRITISH ARCHÆOLOGICAL ASSOCIATION, MEMBER OF THE COMMITTEE OF THE PALÆOGRAPHICAL SOCIETY, AUTHOR OF THE "HISTORY, ART AND PALÆOGRAPHY OF THE UTRECHT PSALTER", THE "FASTI MONASTICI ÆVI SAXONICI", ETC., ETC.

VOL. I. pt. 2

A.D. ~~430~~—839.
741

LONDON:
WHITING & COMPANY (LIMITED) SARDINIA STREET, W.C.
1885.

vel successorum [m]eorum hanc donationem meam minuere infringere quoquomodo.

Si quis vero, quod non credimus, contra præceptum meum huic donatione meæ malivolo animo contraire temptaverit, sciat se in die judicii rationem Deo redditurum, manentem tamen hanc cartulam nihilominus in sua firmitate. Si quis vero magis defendere augere voluerit, addat Deus bona ejus in terra viventium.

Hanc quoque donationem meam ego Eadberht rex Cantuariorum, propria manu confirmavi et signum sanctæ crucis infixi. testes quoque idoneos commites meos confirmari et subscribere feci.

Ego Villbaldus commites meos confirmari et subscribere feci.

Ego Dimheahac commites meos confirmari et scribere feci.

Ego Hosberth commites meos confirmari et scribere feci.

Ego Nothbalth commites meos confirmari et scribere feci.

Ego Banta commites meos confirmari et scribere feci.

✠ Ego Ruta commites meos confirmari et scribere feci.

✠ Ego Tidbalth commites meos confirmari et scribere feci.

Quomodo[1] Alduulfus petierit confirmari hanc donationem.

✠ In nomine domini Dei summi. Ego Alduulfus episcopus inprimis penitus ignoravi, quod a Dorovernensis ecclesiæ præsuli et rege hæc[2] Kartula confirmata esse debuisset, postea agnovi, et tam diligenter postulavi ab archiepiscopo Nothelmo et rege Æthilberhto, præsidente meo largitore Eadberhto, ut ipsi manu sua hanc donationem corroborassent: et sic in metropolitano urbe perfecte compleverunt. Actum mense April. indictione. VI. Anno ab incarnatione Christi DCCXXXVIII.

✠ Ego Nothelmus gracia Dei archiepiscopus testis consentiens subscripsi kanonice.

✠ Ego Æthilberhtus[3] rex præfatam donationem signo sanctæ crucis confirmavi.

✠ Ego Beornheard testis subscripsi.

✠ Signum manus Tunan.

✠ Signum manus Balthardi.

✠ Signum manus Eanberhti.

[A.] Textus Roffensis, f. 119. Ed. Hearne, p. 64.
MS. Harl. 596, f. 14.

[K] Kemble, *Cod. Dipl.* No. LXXXV; from [A.]
Thorpe, *Dipl.*, p. 24.

[1] This sub-title omitted, K. [2] Hac, *Hearne*, with var. hæc. [3] Brother of Eadberht, *Hearne*.

160. *Grant by Æthilberht, King of Kent, of a fishery to Lyminge Monastery.* A.D. 741 for 740 (?).[1]

✠ In nomine domini Dei salvatoris nostri Jhesu Christi. Provabilibus desideriis et petitionibus piis assensum semper præbere gloriosum constat esse et rectum et tum maxime cum eadem desideria et petitiones ad dilatandum et augendam vitam Christi sacerdotum ejusque servorum respiciunt. qua de re ego ÆTHILBERHT rex Cantuariorum pro remedio animæ meæ capturam piscium quod est in ostio fluminis cujus nomen est LIMIN ÆA et partem agri in qua situm est oratorium sancti Martini cum edibus piscatorum et extra eam quartam partem aratri circa eundem locum et alteram partem juris mei ad pascendum. CL. jumentorum juxta marisco qui dicitur biscopes uuic usque ad silbam qui appellatur Ripp et ad terminos Suthsaxoniæ sicut olim habuit Romanus presbyter ad ecclesiam beatissimi birginis Mariæ quod est in LIMINIAEAE libenter donavi atque dono regimen habente ejusdem monasterii domno Cuthberhto archiepiscopo tunc temporis abbati.

Verum quia cavendum est ne hodiernam donationem nostram futuri temporis abnegare valeat et in ambiguum devocare presumptio, Placuit mihi hanc paginem condere per quam non solum omnibus meis successoribus atque heredibus set etiam mihimet ipsi interdico ne aliter quam á me constitutum est ullo tempore quippiam agere audeant quod si qui forte observare neglexerint et absque digna satisfactione presentis vitæ impleberint dies sciat se omnipotentis Dei iram incurrere et á socitate sanctorum omnium segregatum. Quoniam sanctissimam beatissimæ virginis Mariæ locum deonestare conatus est. Qui vero hæc augenda custodierint nihilque inrogarent adversi. auribus percipiant vocem clementissimi judicis inquientis ad pios. "Venite[2] benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi".

Actum in loco qui dicitur liminiaee Anno dominicæ incarnationis. DCCXLI. Indictione III.

✠ Ego Æthilberhtus rex Cantiæ hanc donationem a me factam propria manu signo sanctæ crucis roboravi.

✠ Ego Cuthberhtus gratia Dei archiepiscopus hanc piam donationem predicti regis consensi et subscripsi.

✠ Signum manus Balthhardi.

[1] Kemble considers this charter genuine, but of difficult date, as the year and indiction do not agree, and ascribes to it the date 740. [2] Matt. xxv, 34.

✠ Signum manus Æðelhuni.
✠ Signum manus Dunuualhi pincerni.
✠ Signum manus Duunuuallan.
✠ Signum manus Aldberhti prefecti.
✠ Signum manus Æthelnothi.

Endorsed:—" Limenea boec" , etc. (IX*th century*), and " Ethelbertus rex dedit piscationem in limene et alia quedam ad ecclesiam sancte Marie de limeuea. Latine" (XII*th century*).

[A.] Original Charter in British Museum. MS. Cotton, Augustus II, 101.
Brit. Mus. Facs., Part I, pl. 8.
[B.] Brit. Mus., Stowe MS. 636, f. 4.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. LXXXVI; from [A.]

---

161. *Grant by King Eadbriht to Christ Church, Canterbury, of fishing at Limenea, co. Kent.* A.D. 741.

PISCARIA APUD LIMENEE.

✠ Anno dominicæ incarnationis. DCCXLI. ego EADBRIHT rex. cognomento EATING. pro salute animæ meæ concedo æcclesiæ Christi in DOROBERNIA. capturam piscium. quæ habetur in ostio[1] fluminis. cujus nomen est LIMENEA. et partem agri in qua situm est oratorium sancti Martini cum domibus piscatorum. et quartam partem aratri circa eundem locum. et pascua. CL. jumentorum juxta marascum qui dicitur BISCEOPESUUIC. usque ad silvam quæ appellatur Rhip. et usque ad terminos Suth-Saxoniæ. regimen habente æcclesiæ beatæ Mariæ quæ habetur apud Limene Cuthberto archiepiscopo. tunc temporis abbate. Cui videlicet æcclesiæ hanc meam donationem nominatim contuli. liberam ab omni sæculari servicio. exceptis istis tribus. expeditione. pontis et arcis[2]: construccione.

Si quis hoc meum donum violare præsumpserit: disperdat et distruat illum Deus[3]. nisi celeri[4] satisfactione malum[5] quod fecit emendet.

[A.] MS. Lambeth, 1212, p. 308.
[B.] MS. Bodl., Tanner, 223, p. 18.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. XIII; from [A. B.]

[1] Hostio, B. [2] Aris, B. [3] Dominus, B. [4] celeri, omitted, B. [5] malum, omitted, B.

162. SYNODAL COUNCIL OF CLOVESHO. *A grant by Æthelbald, King of the Mercians, of Privileges to the Church.* A.D. 742.

✠ Regnante in perpetuum Deo et domino nostro Jhesu Christo anno vero dominicæ incarnationis DCCXLII . Indictione . X . et regni Æðelbaldi regis Merciorum . XXVII . synodus congregatum fuerat in loco ce[leb]ri ubi nominatur CLOFESHOS . de diversis eccle[sia]rum Dei ; et hutilitatibus præsitente autem eodem synodo ÆÐELBALDUS rex cum suis optimatibus necnon Cutberhtus venerabiles archiepiscopus . ceterisque episcopis . s[1] . . . . . . necessaria diligenter examinantes de statu totius christianitatis vel de symbolo ex antiquo sanctorum patrum institutionibus traditam esse vel qualiter in primordia nascentis ecclesiæ . jubebatur habere aut ubi honor cenubiarum . secundum normam equitatis servaretur . hæc et is similia anctie . inquirentes undique antiquas privilegias . recitantes tandundem pervenit ex rogatu . Æðelberhti regis Cantiæ coram omnibus legatur; libertas ecclesiarum Dei et institutio . vel preceptam Ƿihtredi regis . de electione dominarum cenubiarum in regno Cantuariorum . Quomodo vel qualiter secundum imperium et electioni archiepiscopi fieri 'stare' precipitur . Post eo hoc privilegium lecta et inter se examinata ante regis . et episcoporum presentia fuisset . placuit itaque omnibus pariterque condixerunt nec ullam aliam . tam nobilem tamque prudenter constitutum invenire potuissent . secundum ecclesiasticam . disciplinam . Et hoc adnuentes stare seu ab omnibus firmare rectum esse sanceserunt :

Ideoque pro hac re Ego ÆDELBALD rex Merciorum pro salute[2] animæ meæ et pro stabilitati regni mei nec non ex petitioni . Æðelberhti regis Cantiæ seu[1] . . . . pro reverentiæ Cutberhti archiepiscopi hoc idem munifica manu propria mea subscribo ut per omnia ho . . . . et auctoritas et securitas Christi ecclesiæ citra humbrensis flufio . . . . . . denegatur . . . . . omnium cenubiarum in terra Cantiæ . . . . tam in libertate a secularium serviciis quam etiam in omnibus causis majoris minorisque secura permanet et sicut supradictus . . . . pro se suosque constituit ad servandum . . . . per omnia inrefragabilis et immutabilis usque ad terminus seculi perdurare precipimus .

Si quis autem regum successorum nostrorum seu epis[coporum] vel principum hoc salubre decretum inf[ring] ... rationem Deo omnipotenti in die tremendo . si comes vel presbyter diaconus clericus .

[1] Torn out in the MS. [2] Pro an Inte, A.

aut moniales . huic institutioni restiterit sit sui gradui privatus et 'a' participatione corporis et sanguinis Christi . separatus . et alienus a regno Dei . nisi ante ea satisfactione emendaverit quot sui malo superbiæ iniqui egessit quia in evangelio dictum est . "quicumque[1] ligaveritis super terram . erit ligatum et in celis . Et quecumque solveritis super terram erit solatum et in celis".

✠ Ego[2] Eðelbald rex . divino suffragio fultus . gentis Merciorum regens inperium . signum sanctæ crucis subscribo .

✠ Ego Cuðberhtus archiepiscopus propria manu subscripsi .

✠ Ego Uuita episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Torhthelm episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Ƿillfredi[3] episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Cuðberht episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Huetlac episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Eanfrið episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Ecglaf[4] episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Aluuig episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Hunƿald episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Daniel episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Aldƿulf[5] episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Eðelfrid[6] episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Hereƿald episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Sigega episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Redƿulf episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Ofa patricius consensi et subscripsi .
✠ Ego Aldƿulf[5] dux consensi et subscripsi .
✠ Ego Æðelmod indolis Merciæ consensi et subscripsi
✠ Ego Heardberht dux consensi et subscripsi .
✠ Ego Eadbald dux consensi et subscripsi .
✠ Ego Bercul dux consensi et subscripsi .
✠ Ego Cyneberht consensi et subscripsi .
✠ Ego Freoðorne[7] consensi et subscripsi .
✠ Ego Ƿermund abbas consensi et subscripsi .
✠ Ego Cuðred[8] abbas consensi et subscripsi .
✠ Ego Buna abbas consensi et subscripsi .

[1] Matt. xvi, 19; xviii, 18. [2] These subscriptions are here collated with Kemble, *Cod. Dipl.*, No. LXXXVII; for his sources, see No. 162A. [3] Wilfredi, K. [4] Egclaf, K. [5] Aldwulf, K. [6] Æthelfrith, K. [7] Freothoric, K.; Preothoric, *Thorpe*. [8] Cuthred, K.

Endorsed :—"Libertas eclesiæ Christi Eþelbaldi regis Merciæ et Cuþberti archiepiscopi." (*xth century*.)

"Decretum Athelbaldi regis et Cuthberti archiepiscopi de libertate ecclesiarum . Latine." (*xith century*.)

[A.] Original Charter in possession of the Dean and Chapter of Canterbury, printed in facsimile by the Ordnance Survey Commission. (Part i, 1.)

162A. *Another Form of No.* 162.

An . DCCXLII . Her pas mycel synod gegaderod at Cloveshou . ⁊ þar pas Aðelbald myrcna cing . ⁊ Cutbert arb' . ⁊ fela oðre pise menn.

Hic congregatum[1] est magnum concilium apud CLOVESHO presidente[2] ADELBALDO[3] rege Merciorum cum CUTBERHTO[4] archiepiscopo Cantuariensi[5] . cæterisque episcopis simul assidentibus diligenter examinantes circa necessaria de statu[6] totius religionis et de simbolo ex antiquis sanctorum patrum institutionibus tradita[7]; vel[8] qualiter in primordio nascentis æcclesiæ[9] jubebatur habere[10] aut ubi[11] honor cænobiarum . secundum normam equitatis servaretur[12] . Hæc et 'his similia[13] anxie inquirentes 'et undique[14] privilegia antiqua requirentes et[15] recitantes : tandem pervenit ad manus libertas æcclesiarum et[16] institutio vel preceptum Wihtredi[17] gloriosi regis de electione[18] cænobiarum in regno Cantiæ . quomodo vel qualiter secundum imperium et electionem 'archiepiscopi Cantuariensis[19] fieri[20] stare præcipitur . Ex[21] præcepto itaque regis Adelbaldi[22] lectum est 'hoc privilegium et hæc libertas coram omnibus[23] . et placuit cunctis[24] pariterque condixerunt[25] nullam aliam tam nobilem[26] tamque prudenter constitutam[27] invenire

[1] B. commences thus :—Anno dominicæ incarnationis. DCC . XLII . congregatum ; K. similarly, but adds :—Indict . X . regni vero Æthilbaldi regis Merciorum XXVII., before congregatum. [2] Eodem concilio, added, B. L. [3] Æthelbaldo, B. L.; Æthilb., K. [4] Cuthberto, W. B. K. L. [5] Dorobernię, B. K. L. [6] De statu, omitted, B. K. L. [7] Tradito, W. K.; studioseque perquirentes, added, B. K. L. [8] Vel, omitted, B. K. L. [9] Hic in Anglia, added, B. K. L. [10] Haberi, K. [11] Tibi, B. [12] Servaretur, omitted, B. L. [13] Similia hiis B.; hiis familia, K. [14] Antiquaque, B. K. L. [15] Antiqua reg . et, omitted, B. K. L. [16] Et, omitted, B. L. [17] Uuithraedi, K. [18] Et auctoritate, added, B. K. L. [19] Cantuariensis metropolitani, B. K. L. [20] [Et], added, K. [21] Et, K. [22] Æthelbaldi, B. K. [23] Coram omnibus privilegium præfati Wihtredi ([17]) gloriosi regis, B. K. L. [24] Hoc audientibus, added, B. K. L. [25] Dixerunt, B. K. [26] Nullum aliu[d] tam nobile, B. K. L. [27] Constitutum decretum, B. K. L.

potuisse secundum aecclesiasticam disciplinam . 'et hoc annuentes stare[1] . ab omnibus firmare sanxerunt .

Ego igitur[2] ADELBALDUS[3] rex Merciorum pro salute animæ meæ et pro[4] stabilitate regni mei nec non ex persona Ædelberhti regis Cantiæ seu etiam[5] pro reverentia Cutberhti archiepiscopi[6] hoc idem[7] munifica mea propria manu subscribo[8] . ut per omnia[9] honor . autoritas[10] . et securitas . Christi aecclesiæ a nulla persona denegetur[11] . necnon omnium cænobiarum intra[12] Cantiam constitutis tam in libertate secularium servitiis quamque etiam in omnibus causis majoribus minoribusve secura permaneant sicut Wihtredus rex[a] pro se suisque constituit servandum et optinendum[13] . ita per omnia irrefragabiliter[14] et immutabiliter usque in finem seculi[15] perdurare præcipimus .

Si quis autem regum successorum nostrorum seu episcoporum vel[16] principum hoc salubre decretum infringere temptaverit ! reddet rationem Deo omnipotenti in die tremendo . Si autem comes . presbiter . diaconus . clericus . aut[17] monachus[18] . huic institutioni restiterit ! sit suo gradu privatus . et a participatione corporis et sanguinis[19] separatus et alienus a regno Dei . nisi ante ea[20] satisfactione emendaverit[21]. quod malo superbiæ inique gessit . quia[22] scriptum est[23] "quæcunque[24] ligaveritis[25] super terram erunt[26] ligata et in cœlo . et quæcunque solv[27] . e . s . et in . c ."

Ego Adelbaldus rex divino suffragio fultus gentis Merciorum imperium regens . signum sanctæ crucis subscribo .

Ego Cutbertus[28] archiepiscopus propria manu subscribo .

[1] Et ideo hoc, B. K. L. [2] Igitur ego, B. K. [3] Æthelbaldus, B. K.; Athelbaldus, L. [4] Pro, omitted, K. [5] Nec non ... etiam, omitted, B. K. [6] Proque venerabilis archiep . Cuthberti rever ., B. L.; venerantia venerabilis arch. Cuth., K. [7] Hoc idem, omitted, B. K. L. [8] Prop . ma . mu . subscribens confirmo, B. K. L. [9] Libertas, added, B. K. L. [10] Authoritas, W.; auctoritas, B. K. L. [11] Denegetur, sed sit libera ab omnibus secularibus servitiis, et omnes terræ ad illam pertinentes exceptis expeditione pontis et constructione arcis [arc . const. , K.] et sicut sæpe præfatus rex Wihtredus (a), etc., B. K. L. [12] Infra, W. [13] Et opt., omitted, B. K. L. [14] Irrefragibiliter, W. [15] Usque ... seculi, omitted, B. L. [16] Seu, B. K. [17] Vel, B. K. L. [18] M°. , A.; monachus, W. B. L. [19] Domini, added, B. K. L. [20] Ante placita, B. K. L. [21] Emandaverit, K. [22] Quia, omitted, B. K. L. [23] Enim, added, B. K. L. [24] Matt. xvi, 19; xviii, 18. [25] Ligaveris, W. B. K. [26] Ert, A. [27] Solveris, erunt soluta et in cœlo, W.; solveris super terram erunt soluta et in celo, B. K. and B. ends here:—Et quæ solveritis super terram erunt soluta et in celo, L. and ends here; for K.'s subscriptions, see No. 162. [28] Cuthberhtus, W. (a) Uuithraedus, K.

Cum his etiam XIIII[cim] . episcopi subscripserunt . et multæ aliæ personæ diversorum ordinum .

[A.] MS. Cotton. Domitian A. viii, f. 47 (*Anglo-Saxon Chronicle* with Latin additions).
[W.] W. Wake, D.D., *State of the Church*, 1703, Appendix, p. 3.
[B.] MS. Cotton, Claudius D. ii, f. 306.
[L.] MS. Lamb, 1212, f. 308.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. LXXXVII from Chart. Antiq. Cantuar., M. 363; [B.]; and [L.]
Thorpe, *Dipl.*, p. 26. (Follows K. in nearly all readings.)

---

163. *Grant by Æthelbald, King of the South Angles, to Bishop Wilfrid, of land at Bæccesore (? Paxford), co. Glouc.* A.D. 716 × 743.

BÆCCESORE.[1]

✠ Ego Æþelbald[2] divina dispensatione[3] rex Suðanglorum terram . VIII . manentium[4] quæ nominatur[5] ÆT BÆCCESORE[6] pro redemptione animæ meæ ut sit juris æcclesiastici domno UUILFRIDO[7] episcopo libentur largitus sum . notis limitibus hæc terra[8] ab aliis litem discernit agris montis ad meridiem versus . haut[9] parvam obtinet partem . ad orientem via regia septa . ab aquilone fluvialibus cingitur undis.[10]

✠ Ego Æþelbald[11] rex ʼdonum meum[12] confirmo .
✠ Ego Þallhstod ʼepiscopus donationi regis humiliter consensi[13].
✠ Ego Uuilfrid episcopus .
✠ Ego Oba minister .
✠ Ego Æthelred subscripsi .
✠ Ego Sigebed minister[14].

[A.] MS. Cott., Nero E. 1, f. 3-94.
[B.] MS. Cott., Tiberius A. xiii, f. 154.
[C.] MS. Cott., Tiberius A. xiii, f. 170.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. LXXXVIII; from [A. B. C.]
Heming, *Cartul.*, 34, 376.

[1] Bæccesoran, B.; De Bæcceshore, C. [2] Æþilbald, B. C. [3] Dispensante gratia, B. C. [4] Octo cassatorum, B. C. [5] Nomen habet, B. C. [6] Bæcces horan, B. C. [7] Reverentissimo ep. Uuilf., B. C. [8] H . t . lim ., B. C. [9] Haud, C. [10] Paludibus dyssis certis determinat illam, added, B. C. [11] ÆÐelbald, B. C. [12] Meam donationem pro domino factam signaculo sacratissimæ crucis, B. C. [13] Episcopus subscripsi, B. C. [14] ✠ Ego Uuilfrið subscripsi . ✠ Ego Æþelric subscripsi. ✠ Ego Oba subscripsi ✠ Ego Sigebed subscripsi, B.; and C. similarly, but keeps the order of the names as in A., and reads Segeberd for last name.

164. *Grant by Æthilbald, King of the South Angles, to Worcester Cathedral of land in Wuduceastir, or Woodchester, co. Glouc.* A.D. 716 × 743.

DE ƿUDUCEASTRE.

P ✠ In nomine sanctæ trinitatis.

Ait enim apostolus. "Nichil intulimus in hunc mundum. nec auferre quid possumus". Et beatus Job. "Nudus[1] egressus sum ex utero matris. et nudus revertar in terram".

Quapropter ego ÆTHILBALDUS[2]. rex australium Anglorum brevitatem vitæ hujus considerans[3]. et quod cum his caducis mercanda esse æterna polorum regna. rogatus a venerabili UUILFRIDO[4] episcopo terram trium cassatorum ruris silvatici. in loco qui vetusto vocabulo nuncupatur UUDUCEASTIR[5]. ad æcclesiam beati Petri apostolorum principis in UUIGORNA[6] civitate. in jus proprium libentissime concedens possidendum donabo.

His terminibus institutis. in borea roddan beorg. in oriente smiececumb[7]. in austrum sentodleag[8]. et heardanleag. negles leag. minor totus[9] uuidan cumb. in carlesleage[10]. in occidente hæslburg[11]. haboccumb[12]. in aquilone iemyð teag[13].

✠ Ego Æthelbald[2]. rex Merciorum. signum sanctæ crucis Christi imposui[14].
✠ Ego[15] Uuilfridus episcopus.
✠ Ego Uuilferð prefectus.
✠ Ego Cuðredus abbas.
✠ Ego Sigeberht.
✠ Ego Iebe Abbas.
✠ Ego Oba.

[1] Job i, 21, dixit. nudus, C. [2] Æðilb., B. [3] Consideravi, C. [4] ƿilfrydo, B.; ƿilfrido, C. [5] Uuduceester, B.; Uuduacestor, C. [6] ƿiogornan, B.; ƿeogerna, C. [7] Smeceecumb, C. [8] Sengedleag, B. C. [9] In montotus, B. [10] Ceorlealeag, B.; Ceorlealeage, C. [11] Occidentale hælsburg, C. [12] Havoc cumb, B.; heafoc cumb. ƿalhƿeg, C. [13] Leag, B.; gemyðleag, C. [14] Imposui, C. [15] B. reads from this point thus:—✠ Ego ƿilferð præfectus. ✠ Ego Æðelric. ✠ Signum manus Iebe abbatis. ✠ Signum manus ƿilferði episcopi. ✠ Ego Oda. ✠ Ego Heardberht. ✠ Ego Cuðred abbas. C. reads as follows:—✠ Ego ƿilfrið præfectus. ✠ Ego Oba. ✠ Ego Æþelric. ✠ Ego Heardberht. ✠ Ego ƿilfrið episcopus. ✠ Ego Sigbed. ✠ Ego Cuðred Abbas. ✠ Ego Iebe abbas. ✠ Ego Æþelpald abbas.

✠ Ego Æthelunaldus abbas.
✠ Ego Heardberht.
✠ Ego Aðelricus presbyter.

[A.] MS. Cotton, Tiberius A. xiii. ff. 169b; [B.] 65; [C] 126. The crosses omitted, A. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.* No. LXXXIX; from [A.]; boundaries in vol. iii, p. 377.

---

165. *Grant by Æthelbald, King of the Mercians, to Osred of the Huiccas, of lands at Eastune and Natangraf, or Cold-Aston and Netgrove, co. Glouc.* A.D. 716×743. *Boundaries dated* A.D. 743.

[E]ASTVN . 7 NA[T]AN GRAF.

✠ Sit nomen domini benedictum in secula.

Ego ÆÞELBALDUS Deo dispensante rex Mercensium terram . XX . cassatorum . id est . X . et . VIII . in loco quem dicunt ÆT EASTUNE et AD NATANGRAFUM . ministro meo valde fideli qui est de stirpe non ignobili prosapia regali gentis Huicciorum OSREDO in possessionem juris æcclesiastici pro redemptione animæ meæ largiens concedo quatinus eo vivente possideat et regat . et post se cuicumque voluerit hominum possidendum liberum arbitrium habens derelinquat . et ut abomni tributo vectigalium operum onerumque secularium sit libera in perpetuum . pro mercede æternæ retributionis regali potestate decernens statuo tantum ut Deo omnipotenti ex eodem[1] agello æcclesiasticæ servitutis famulatum inpendat . Hæc autem testamenti traditio perpetualiter postea tradita est sanctæ Mariæ Uueogernensis monasterii pro ipsius regis salute.

✠ Ego Æðelbald[2] rex Mercensium hanc donationem meam subscribo.
✠ Ego Uuilfriðus episcopus.
Ego Huita episcopus.
Ego Torhthelm episcopus.
✠ Ego Cuðberht episcopus.
Ego Alhuig[3] episcopus
Ego Sigebed episcopus.

Þis synd þa land gemæru[4] æt Eastune þe Æþelbald cyning Myrcna gebocade Utele bisceope into sancte Marian . Ærest of

[1] Ex eodem | ex eodem, MS. The repetition arises from the page ending at the break indicated by the bar. [2] Æthilb, K. [3] Alhuuig, K. [4] Gemæra, K.

Turcanpyllas heafde andlang stræte on Cynelmesstan on Mylenweg þonne andlang hryeges on Heortford þanen andlang streames on Burnhford on foron þa spelstope þonan on Turcandene on Seofenpyllas middepeardan of þam pyllan to Balesbeorge suðan þonne on Cealcpeallas þonan eft on Turcandene andlang eft on Turcanpyllas heafod. Þis wæs gedon þy geare þe wæs agæn from Cristes flæscnesse. DCCXLIII[1]. on þam cynehame þe is ge cyged Bearupe[2].

[A.] MS. Cotton, Tiberius A. xiii. f. 36. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. xc; from [A.]

---

166. *Grant for two lives by Uuilfrith, Bishop of Worcester, to the Earl Leppa and his daughter Beage, of land* [*at Beagan byrig*] *on the river Cunuglae, Bibury on the R. Colne, co. Glouc., with reversion to the Cathedral.* A.D. 721 × 743.

BEAGAN BYRIG.

✠ In nomine domini Jhesu;

Terram quindecim cassatorum juxta fluvium cui nomen est CUNUGLAE ad metropolim Huicciorum. id est. Uuegrinancæstir pertinentem tertiam partem. hoc est. quinque cassatos; Ego Uuilfrið episcopus diocesis Huuicciorum. viro non ignobili reverentissimo comiti cui nomen est LEPPA propter veterem inter nos amicitiam libentissime in possessionem donans concedo. Ita tamen ut post terminum dierum ejus et filiæ suæ quæ vocatur Beage; Eadem agelli pars ad episcopalem sedem præfatæ parrochiæ cum suis sumtis iterum reddatur. propter firmitatem hujus conditionis;

✠ Ego Æþelbaldus rex Merciorum. Signum sanctæ crucis imposui cum terminis.

Of cunuglan sulhforda ond long drihtnes dene on leppan crundlas. þat on east hleopan. ⁊ spa on rapan berh. þonne þperes ofer ða dene on ða aldan dic æt Lec;

✠ Ego Þilfriðus episcopus consensi et subscripsi subinsertis.
✠ Ego Æþelric subscripsi.
✠ Ego Ælbred consensi et subscripsi.
✠ Ego Heardberht consensi et subscripsi.
✠ Ego Leppa consentiendo subscribo;

[A.] MS. Cotton, Tiberius A. xiii, f. 38. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.* No. xci; boundaries in vol. iii, p. 378.

[1] An erased letter between C and X in this date, MS.
[2] Bearwe, K.

167. *Letter of Abbot Aldhun*[1] *and Abbesses Cneuburga*[1] *and Coenburga to Abbots Coengils (of Glastonbury) and Ingeld, agreeing to a proposal of spiritual fraternity.* A.D. 729 × 744.

Fratribus in Christo carissimis COENGILSO et INGELDO abbatibus et singulariter cognato nostro WIETBERTO presbytero. omnis congregatio trium monasteriorum. id est ALDHUNI patris reverentissimi et CNEUBERGE Christi famulæ nec non et COENBURGE abbatissarum. perennem atque insolubilem in domino salutem.

Libenter nanque atque gratanter vestræ salutationis munuscula suscepimus Deoque adjuvante isdem reconpensare desideramus. et eam. quam circa nos scripsistis habere in orationibus communionem. bono animo et pura fide erga vos indesinenter habere horis. quibus intimastis. consentimus. Nomina quoque nostrarum defunctarum sororum ego Cneuberg memorialiter te habere. O Wiehtberhte. presbiter fidelis. deprecor et omnibus circumquaque amicis transmittere. Quarum prima fuit Quoengyth soror mea germana. et Edlu. quæ erat cum adhuc viveret mater Etan. Aldhuni quondam tui abbatis propinquæ. Quarum utique ambarum fuit uno die depositio. id est Idibus Septembris. Orantem pro nobis beatitudinem vestram dominus omnipotens custodire dignetur incolomem. dilectissimi fratres et domini. Per ævum Emmanuel. Saluta omnes circumquaque Christi servos nostris veracissimis verbis. dilectissimi fratres.

[A.] Had. and St., iii, 342; from Bonifac. *Epistt.*, ed. Jaffé, No. 48, etc.

---

168. *Grant by Hilla to Glastonbury Abbey of land in Baltonsborough, co. Somerset.* A.D. 744.

BALTONESBORGHE.

Carta Hillæ Christi ancillæ de Baltonesborghe.

✠ Omne quidem decretum commutacionis atque commercium temporalis negociacionis inter mortales solet apiscibus inextricabili scilicet roborari federe secundum antiquitus collatam[2] ne forte nascencium sobolis delicto falsitatis ignorantes contamine[n]tur[3] rursumque dampnare conentur quæ fida inter se primorum autoritas sub almæ trinitatis contestacione stabili constituit jure.

Ob hoc autem [ego HILLA] militancium Christo humilis ancilla

[1] ? of Wimborne, co. Dors. See Had. and St. footnotes.
[2] Collatum, K. [3] Contaminentur, K.

scincera[1] scilicet devocione placata precio muneris accepti extimplo[2] prolati cum consciencia videlicet ac regali licencia ejus qui Britannicæ insulæ Monarchiam dispensat regalisque regni regimina gubernat. Athelbaldi[3]. venerandorumque antistitum testimonio ac dignitatum consensu pro redempcione meæ animæ[4] eorumque videlicet qui michi contribulium ac necessitudinum nexibus conglutinati sunt in stabilem possessionem ruris porcionem. id est. BALTERESBERGHE et SCOBBANWIRTH[5] sub decem manencium estimacione certa taxatum cum adstipulatione literarum et idoneorum testium. Cunberti[6] abbatis. Bosan. Vrtau[7]. Walcstodes. Tidbertes. sacerdotum et Tidan prepositi. Cuthwinisque comitis in absida dedicata quidem patrocinio eximiorum apostolorum Petri et Pauli sub quorum presentia hujus cartulæ donacionem altario Dei propria manu ultronea voluntate in die sexto idus Julii liberali munificencia libenter tradidi. ac familiæ quæ in monasterio. GLASTINGABURGH sub simplicis archimandritæ dispositis regulis Tunbertes[8] fideli Deo famulatur obsequio. ita ut ex hoc die inconvulso jure præfata possessio ipsius monasterii usibus mancipetur. Ejusdem namque numeri cassatorum calculum in locis qui prisco vocabulo Lottisham[9] et Ledenford nominantur. reliqui dimisique arbitrio. &Elbaldi[10] regis.

Hæc autem vocabula rerum divulgant terminos agrorum videlicet predictorum confinia[11] inter possidentes propriæ sortis emenso scilicet spacio aquarum. id est[12]. Whateleighe. Effrezesueht. Holebroc. Beaulida. Nimet. Tidanleighe. Bitanpath. Bradeleighe. Olan quam suscepit alveum fluminis Bru. ad levam vero olitane fluminis Bru circa quidem prata evidens fossa declarat limites.

Hæc vero vocabulorum signa Tomi stilo indita sunt. ni forte licium vel contencio seu jurgium jam crepserit[13] inter tributarios vestros nostrosque colonos. quod autem crebro solet fieri ubi evidenciora allusionibus literali[14] elementorum diffinicione judicia limitum metum non porcenderint[15].

Hoc pietancium[16] cum concesso donativo. Anno ab incarnacione Christi. D. C. C. XL. IIII. cum consensu Athelbaldi[17] regis atque imperio reverentissimique pontificis consciencia Herewaldi indictione. XII. caraxatum est.

Quapropter siquis quovis deinceps tempore tirannica fretus inso-

[1] Sincera, K. [2] Exemplo, K. [3] Æthelbaldi, K. [4] An. me., K. [5] Baldheresberghe et Scobbanuuirthe, K. [6] Cuniberhti, K. [7] Uitan, K. [8] Tunberhtes, K. [9] Lotisham, K. [10] Æthelbaldi, K. [11] K., consinia, A. [12] K. omits the rest of this paragraph, and reads etc. [13] Erepserit, K. [14] K., literalis, A. [15] *Sic*, A.; protenderint, K. [16] Pietantium, K. [17] Æthelb., K.

lencia qualibet occasione interrumpere atque in irritum deducere seu unius jugeris spacium placiti istius testamentum nisus fuerit sit a consorcio ecclesie Christi anathema extremique ventilabro examinis dispertitus rapaciumque collegio combinatus Violenciæ suæ præsumpcionem luat in evum. Qui vero benivola potius præditus[1] Intencione hæc probare Roborare ac defendere studuerit voti compos ipse altritoni[2] Gloriam ascultet indefecta perhennitate cum faustis agminibus angelorum atque omnium sanctorum.

✠ Ego Athelbaldus[3] hoc donativum propriæ manus subscripcione ratum fore sanxi.

✠ Ego Cuddred[4] annuens subscripsi firmavique subscripsi et confirmavi devota mente.

✠ Ego Ova suffragator consensi et subscripsi devocione subscripsi et roboravi.

✠ Ego Athellen[5] subscripsi et solidavi.

✠ Ego Herlewald[6] episcopus suplex in Christo consensi et confirmavi.

✠ Ego Dud abba[7] subscripsi et confirmavi.

✠ Ego Hearbeorth[8] auxiliator votiva consultum et subsidium prestans consensi.

[A.] MS. Bodl., Wood I, f. 169b. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. xcii; from [A.]

---

169. *Confirmation by Cudred, King of Wessex, of the privileges of Glastonbury Abbey.* A.D. 744, *or* 30 *April*, A.D. 745.

CARTA CUDREDI REGIS.

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi.

Ego CUDREDUS[9] rex Westsaxona[10] universa priorum regum sub peticia[11] Kentwynes[12]. Balddredes[13]. Ceadwallan[14]. Ines. Athellardes[15]. Athelbaldes[16] regis Merceorum[17] in villis et in vicis atque agris ac prediis massis vel[18] majoribus ut est pristina urbs GLASTINGEI[19]

[1] Prædictus, A. [2] Altitoni, K. [3] Æthelb., K. [4] Cuthred, K. [5] Athelhere, K. [6] Hereuuald, K. [7] Abbas, K. [8] Heabeorht, K. [9] Cuthredus, K. [10] Uuestsaxonum, K.: Westseaxana, B. [11] Subpetitia, K.; suppetitia, B. [12] Centuuines, K.; Chentwines, B. [13] Baldredes, K. [14] Caeduuallan, K.; Chedwallan, B. [15] Ethelbardes, K.; Ethelb., B. [16] Æthelb., K.; Ethb., B. [17] Merci., K. B. [18] L', A.; et, K.; -que, B. [19] Glestingi, B.

corroborata sicque propriæ manus subscriptione crucisque signo confirmatum hoc donativum stabili jure gratum et ratum regum prædictorum decerno durare . quamdiu vertigo poli terras atque ecora[1] circa ethera siderum jusso moderamine volvet .

Si quis autem hujus meæ donacionis testamentum[2] visus[3] fuerit[4] confringere vel gressum pedis nobis[5] Hengissingum traditum urbemque[6] glebam extra terminos prefixos vel definitos limites seu constitutos adimere ipse acrius multatus sit infernales[7] ergastuli in pena demersus violentiæ suæ presumpcionem luat in evum . Amen .

✠ Ego Cudredus[8] rex Westsaxona[9] propriæ manus subscripcione sanctæ crucis designavi effigiem ut nemo qui se regeneratum[10] in Christo noverit presumat mutare hanc donacionem .

✠ Ego Herewaldus episcopus subscripsi et confirmavi .

✠ Signum manus Combran[11] præfecti regis et aliorum multorum nobilium subscripciones in testimonium et exemplar hujus largicionis .

Provulgatum est in predicto Cenobio sub presencia Cudredi[12] regis quod propriæ manus munificencia altario sacro commendavit in lignea basilica qua fratres abbatis Hengisli[13] sarcofagum soroiuntur[14] in die[15] anno ab incarnacione domini . DCCXLIIII[16].

[A.] MS. Bodl., Wood I. f. 67b.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. XCIII; from [A.]
[B.] Brit. Mus., Reg. 13 D. ii, f. 11b.
Will. Malm., *Gesta Regum*, ed. Hardy, i, 56.

[1] Æquora, K.; equora, B. [2] Tirannica fretus insolencia qualibet occasione interrumpere atque in irritum deducere, added, B. [3] Nisus, K. B. [4] Fuerit ! sit a consortio piorum ultimi, etc. (*as in No.* 170) ...violentiæ suæ presumptionem luat in ævum . Qui benivola potius preditus intentione hæc probare roborare . ac defendere studuerit ! voti compos ipse altithroni gloriam auscultet indefecta perhennitate cum faustis agminibus angelorum atque omnium sanctorum . Exemplar hujus largitionis promulgatum est in predicto cenobio sub presentia, etc. *(as lower down in this text)*, B. [5] Vobis, K. [6] Uberemque, K. [7] Infernalis, K. [8] Cuthredus, K. [9] Uuestsaxonum, K.; Westseaxana, B. [10] Regnaturum, K.; and so A.; but altered as above. [11] Cambran, K. [12] Cuthredi, K. B. [13] Hengisili, K.; Hengisli, B. [14] Sortiuntur, K. B. [15] The MSS. 13 D. v and 13, B. xvii (Hardy's D.), and Arundel 161 (Hardy's M.), read here: "pridie kalendas Maii anno incarnationis domini" (Hardy's note, *l.c.*, p. 56). [16] At first written DCCXLV, but altered, A.; DCCmo. XLmo. vto., B.

170. *Grant by Cuthred of the Geuuisi to Abbot Aldhelm [II] of Malmesbury, of land at Wdetun, or Wootton, co. Wilts.* A.D. 745.

De[1] Wdetun quam Cudredus[2] rex Aldhelmo præsuli cenobioque Meldunensi dapsili liberalitate largitus est.

Ego[3] CUTHREDUS, rex Gewisorum, cogente catena caritatis[4] Christi et indivisibilis affectu dilectionis, ALDHELMO abbati familiæque sub illius regiminis amore degenti, cum consensu atque scientia[5] eximii præsulis Danihelis[6] obtimatumque[7] meorum et[8] dignitatum, ob recordationem[9] scilicet orationum suarum et[10] redemptionem animæ meæ, ut in plenitudine electorum Dei collocatus sim, terræ partem in inextricabilem possessionem in loco qui dicitur WDETUN[11]. sub. X. mansionum estimatione taxatam, sub contestatione sanctæ trinitatis, dapsili quidem liberalitate et hilariter ad MALDUNENSE monasterium largitus sum. Spero[12] autem felici videlicet mercatu, tradendo temporalia et quæ videntur, ea dumtaxat quæ non videntur atque indefecta perhennitate permansura me adepturum. Sit autem prædicta possessio ipsius monasterii usibus mancipata deinceps incessabili jugitate.

Si quis hujus largitionis meæ stipem tyrannica fretus insolentia qualibet occasione interrumpere atque in irritum deducere nisus fuerit: sit a consortio piorum ultimi ventilabro examinis sequestratus rapaciumque collegio combinatus violentiæ suæ pœnas luat. Si quis vero benivola intencione potius præditus hoc donationem[13] ampliare voluerit. videat ovans bona domini cum angelorum agminibus.

Exemplar[14] hujus largitionis promulgatum est anno ab incarnatione Christi. DCC°XL°V°. in prædicto cenobio sub præsentia Cuthredi regis quod propriæ manus munificentia votiva vero devotione altario sacro commendavit. Et hoc actum est hiis optimatibus et dignitatibus consencientibus quorum inferius nomina propriis indita sunt subscriptionibus.

✠ Ego Daniel Dei plebis famulus[15] et speculator subscripsi hanc donacionem. et confirmacione[16] ratum fieri sa[n]xi[17].

[1] This title not in C. D. [2] Cuderedus, B. [3] Ego......largitus sum. The text of this passage from C. [4] Caritatis cathena, A. B. D. [5] Consciencia, A. B. [6] Danielis, A. B. D. [7] Opt., A. B. D. [8] Ac, A. B. D. [9] Recordationum, A. [10] In, A. [11] Uudetun, D. [12] Spero...... agminibus, omitted, C. [13] Donativum, A. B. [14] Exemplar... ..regis, text from C., which ends at this point. [15] Famulis, A. [16] Confirmative, B. [17] Saxi, A.; faxi, B. D.

✠ Ego Cuthred[1] nomine regis fungens hoc donativum propriæ manus subscripsi.
✠ Signum manus Athelheardi[2].
✠ Signum manus Cumman.
✠ Signum manus Aldhunes.

[A.] Brit. Mus., MS. Lansd., 417, f. 5.
[B.] *Registr. Malm.*, ed. Brewer, i, 290.
[C.] Will. Malm., *Gesta Pontif.*, ed. Hamilton, 387.
[D.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. xciv; from [A.], and *Anglia Sacra*, ii, 25.

---

171. *Remission by ÆÐelbald, King of the Mercians, to Mildred, Bishop of Worcester, of the dues upon two ships at London.* A.D. 743 × 745.

LUNDEN.

✠ In usses dryhtnes noman hælendes cristes . ic ÆÐELBALD Myrcna cincg pæs beden from þæm arfullan bisceope MILREDE þaett[3] ic him alefde ⁊ his þæm halegan hirede alle nedbade tuegra sceopa þe þaerto limpende beoð þett[4] ic him forgefe . þa þæm eadigan[5] petre apostola aldormen in þæm mynstre þeopiað ꝥ is geseted in Huicca mægðe in þære stope þe mon hateð Þeogernacester þære bene spyðe arfulre geðafunge ic paes syllende for minre saple læcedome to ðon þaett[3] for minum synnum hi heo geeaðmedden ꝥte[4] heo pæren gelomlice þingeras pið drihten spyðe lustfullice þa forgeofende ic him alyfde alle ned bade tuegra sceopa . þa þe þær abædde beoð from þæm ned baderum in lundentunes hyðe ond næfre ic ne mine lastpeardas ne ða ned baderas geðristlæcen ꝥ heo hit onpenden oððe þon wiðgæn .

Gif heo ꝥ nyllen syn heo þonne amansumade from dæl neomencge liceman ⁊ blodes usses drihtnes hælendes cristes . ⁊ from alre nepeste geleafulra syn heo asceadene ⁊asyndrade nymðe heo hit her mid þingonge bote gebete .

✠ Ic Æþelbald . cincg mine agene sylene trymmende ic[6] heo prat .
Milred bisceop þare halegan rode tacen he her on gefæstnode .
Ingupald bisceop geðafiende he hit prat .
Wilfrið bisceop he hit prat .
Alda cinges gefera he hit prat .

[A.] MS. Cotton, Tiberius A. xiii, f. 20.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. xcv; from [A.]
[T.] Thorpe, *Dipl.*, p. 22.
Heming, Chartul., p. 65.

[1] Chuthred, A. [2] B. reads in this order:—Cumman, Æthelbeardi, Ældhunes.
[3] þaeti, K. [4] þeti, K. [5] Eadigan, MS. [6] Hic, K.

172. *Letter of Boniface, Archbishop of Mayence, to Ethelbald (King of the Mercians).* A.D. 745.

Domino karissimo et in Christi amore cæteris regibus Anglorum præferendo ETHELBALDO ! BONEFACIUS archiepiscopus legatus Germanicus Romanæ ecclesiæ . perpetuam in Christo caritatis salutem .

Confitemur coram Deo , quia quando prosperitatem vestram et fidem et bona opera audimus ! lætamur . quando[1] aliquid adversum vel in eventu bellorum vel de periculo animarum de vobis cognoscimus ! tristamur . Audivimus enim quod elemosinis intentus . furta et rapinas prohibes . et pacem diligis . et defensor viduarum et pauperum es ! et inde Deo gratias agimus . Quod vero legitimum matrimonium spernis ! si pro castitate faceres . esset laudabile . Sed quia in luxuria et in adulterio etiam cum sanctimonialibus volutaris ! est vituperabile et dampnabile . Nam et famam gloriæ vestræ coram Deo et hominibus confundit . et inter idolatras[2] constituit ! quia templum Dei violasti . Quapropter fili carissime pænite[3] . et memorare quam turpe sit ! ut tu qui multis gentibus dono Dei dominaris . ad injuriam ejus sis libidinis servus . Audivimus præterea quod optimates pene omnes gentis Merciorum . tuo exemplo legitimas uxores deserant ! et adulteras et sanctimoniales constuprent . Quod quam sit peregrinum ab honestate ! doceat vos alienæ gentis institutio . Nam in antiqua Saxonia ubi nulla est Christi cognitio . si virgo in paterna domo . vel maritata sub conjuge fuerit adulterata ! manu propria strangulatam cremant . et supra fossam sepultæ corruptorem suspendunt . aut cingulotenus vestibus abscissis . flagellant eam castæ matronæ et cultellis pungunt ! et de villa in villam missæ occurrunt novæ flagellatrices donec interimant . Insuper et Winedi[4] quod est fedissimum genus hominum hunc habent morem ! ut mulier viro mortuo se in rogo cremati pariter arsura præcipitet . Si ergo gentiles Deum ignorantes tantum zelum castimoniæ habent ! quid tibi convenit fili karissime . qui Christianus et rex es ! parce ergo animæ tuæ parce multitudini populi . tuo pereuntis exemplo . de quorum animabus redditurus es rationem . Attende et illud . quod si gens Anglorum sicut in Francia . et Italia . et ab ipsis paganis nobis improperatur . spretis legitimis matrimoniis per adulteria defluit ! nascitura ex tali commixtione sit gens ignava . et Dei contemptrix

[1] Autem, added in some MSS., H. B. [2] Idololatras, H. [3] Pæniteat te, and pænitere, in some MSS., H. [4] The Winedi on the Vistula, near the Baltic; but Wilkins writes "apud Persas", H.

quæ[1] perditis moribus patriam pessundet ! sicut Burgundionibus et Provintialibus et Hispanis contigit . quos Saraceni multis annis infestarunt . propter peccata præterita . Præterea nuntiatum est nobis ! quod multa privilegia ecclesiarum et monasteriorum auferens . ad hoc audendum duces tuo[2] exemplo provoces[3] . sed recogita quæso quam terribilem vindictam Deus in anteriores reges exercuit ! ejus culpæ[4] conscios quam in te arguimus . Nam Chelredum[5] prædecessorem[6] stupratorem sanctimonialium . et ecclesiasticorum privilegiorum fractorem . splendide cum suis comitibus epulantem spiritus malignus arripuit . et sine confessione et viatico cum diabolo sermocinanti . et legem Dei detestanti animam extorsit . Osredum quoque regem Deirorum et Berniciorum earundem culparum reum[7] ita effrænem egit ! ut regnum et juvenilem ætatem contemptibili morte amitteret . Carolus quoque princeps Francorum monasteriorum multorum eversor . et ecclesiasticarum pecuniarum in usus proprios commutator ! longa tortione et verenda morte consumptus est[8] .

Quapropter fili karissime paternis et subnixis precibus deprecamur . ut non despicias consilium patrum tuorum ! qui pro Dei amore celsitudinem tuam appellare satagunt . Nichil enim bono regi salubrius ! quam si talia commissa cum arguuntur libenter emendentur . quia per Salomonem dicitur . "Qui[9] diligit disciplinam diligit sapientiam" . Ideo fili karissime . ostendentes consilium justum contestamur et obsecramus per viventem Deum . et per filium ejus Jhesum Christum . et per Spiritum sanctum ut recorderis quam fugitiva sit vita præsens . et quam brevis et quam momentanea delectatio spurcæ carnis ! et quam ignominiosum sit . ut brevis vitæ homo mala exempla in perpetuum posteris relinquat . Incipe ergo melioribus moribus vitam componere . et præteritos errores juventutis corrigere ! ut hic coram hominibus laudem habeas . et in futuro æterna gloria gaudeas . Valere celsitudinem tuam et in bonis moribus proficere optamus .

[A.] Brit. Mus., MS. Reg., 13 D. ii, f. 20. (Shortened form.)
Will. Malm., *Gesta Regum*, i, § 80. (Do.)
[H.] Hardy's edition of the above, i, p. 112.

[B.] Ric. de Cirencestria, ed. Mayor, i, p. 232. (Do.)
Wilkins, *Concilia*, i, 87. (Full text.)
Spelman, *Concilia*, i, 232. (Do.)
Haddan and Stubbs, iii, 350. (Do.)

[1] Quæque, B. [2] Tuos, in some MSS., H. [3] Pro. ex., B. [4] Culpæ, omitted, B. [5] Celredum, B. [6] Tuum, added in some MSS., H. B. [7] Rerum, B. [8] Et infra, added in some MSS., H. B. [9] Prov. xii, 1.

173. *Grant by Eadbert, King of Kent, to Deneheah, Abbot, and the Monastery of Raculfe, or Reculver, co. Kent, of freedom from dues for a ship at Forduuic, or Fordwich, co. Kent.* A.D. 747.

RACULF.—Vectigal et tributum unius navis in villa Fordwic.

✠ Anno dominicæ incarnationis . DCC.XLVII . Ego EADBERTUS rex Canciæ cum consensu optimatum meorum . BREGOWINI archiepiscopi et ceterorum principum meorum . concedo æcclesiæ quæ est apud RACULFE . et tibi DENEHEAH abba . tuæque familiæ . pro salute animæ meæ . vectigal et tributum unius navis in portu ac villa quæ dicitur FORDUUIC . ad opus ut præfatus sum familiæ sanctæ Mariæ quæ in jam-nominata æcclesia Deo serviunt . Simulque præcipio in nomine omnipotentis Dei præfectibus[1] . præpositis . et actionariis . et omnibus fidelibus . qui in illo portu habent . vel habituri sunt aliquam potestatem ! ut hæc mea donacio sit stabilis et firma inperpetuum .

Quod si aliquis quod absit hoc meum donum violare præsumpserit ! a Deo et sanctis ejus separatus . diabolo et angelis ejus sit conjunctus . Quod si una navis prædictæ familiæ perierit . collisione . fractione . aut vetustate . iterum restituant aliam . et eadem condicione habeant . et sic in perpetuum .

[A.] MS. Lamb., No. 1212, f. 310.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. XCV; from [A.]
Twysden, *Hist. Angl.*, col. 2211.

---

174. COUNCIL OF CLOVESHO. *Beginning of September*, A.D. 747.

Regnante in perpetuum domino nostro Jhesu Christo, qui cuncta patris imperio ac pariter sancti spiritus gratia vivificante disponit, hæc quæ subter habentur sinodalia gesta . Septembris mensis initio , prope locum qui vocatur CLOVESHO peracta sunt ; præsentibus his Deo dilectis presulibus æcclesiarum Christi , hoc est honorabili archiepiscopo Cutberto , et venerabili Rofensis æcclesiæ antistite Dunno[2] , atque reverentissimis episcopis Mertiorum , Totta ac Huuita[3] ac Podda ; sed et probatissimis presulibus Occidentalium Saxonum[4] Hunferdo et Hereuualdo . venerabilibusque sacerdotibus Herdulfo Orientalium Anglorum atque Egtulfo

[1] Præfectis, K.
[2] Diuno, B.; Dyuno, C.
[3] Huitta, B. C.
[4] Saxonum, omitted, B. C.

Orientalium Saxonum, et Milredo Wicciorum. sed et honorabilibus episcopis, Alwio Lindissæ provintiæ, atquæ Sicga[1] Australium Saxonum; anno dominicæ incarnationis. DCC°. XL°. VII°. indictione XV^{a}. anno autem regni Edelbaldi, regis Mertiorum, qui tunc aderat cum suis principibus ac ducibus. XXX^{mo}. III^{to}. Cum igitur ex diversis Britanniæ provintiis sacri ordinis præfati præsules, cum minoris ordinis dignitatibus convenissent, et recitata essent scripta in duabus cartis venerandi papæ Zachariæ, quibus Anglos ammonebat ut castigatius viverent, et contempnentes excommunicare minabatur.

Primo capitulo decreverunt ut episcopi sollicitius amodo viverent, et sollicitius subditos ammonerent.

Secundo. ut pacifico animo viverent, quanvis locis discreti degerent.

Tertio. ut omni anno parrochias suas singuli circuirent.

Quarto. ut quisque in sua diocesi abbates et monachos moneant regulariter vivere, et prælatos subjectos suos non opprimere sed diligere.

Quinto. ut etiam monasteria quæ seculares homines pervaserant, nec tunc ab eis auferri poterant, docerent regulariter conversari.

Sexto. ne aliquis ordinetur, nisi prius ejus vita examinetur.

Septimo. ut per monasteria lectio sanctarum scripturarum frequentetur.

Octavo. ut presbiteri non sint negotiorum secularium dispositores.

Nono. ut ipsi presbiteri non accipiant pretium pro babtizandis pueris.

Decimo. ut dominicam orationem et simbolum Anglice discant et doceant.

Undecimo. ut omnes uno eodemque modo sua ministeria peragant.

Duodecimo. ut modesta voce sacra in ecclesiis canant.

Tertio. X°. ut uno eodemque tempore ubique dominicæ festivitates et sanctorum natalitia celebrentur.

Quarto. X°. ut honorabiliter observetur dominicus dies.

Quinto. X°. ut septem canonicæ horæ diebus singulis observentur.

Sexto. X°. ut rogationum dies et minorum et majorum non omittantur.

Septimo. X°. ut festivitas sancti Gregorii et Augustini patris nostri observetur.

[1] Sicga (vel Sigbelm), A.; Siegga, B.; Singa, C.; Sigbelm, D.

Octavo . x° . ut jejunia quatuor temporum observentur .
Nono . x° . ut monachi et sanctimoniales regulariter vestiantur .
Vicesimo . ut episcopi observent ne ista decreta negligantur .
Vicesimo primo . ne ecclesiasticus ordo inebrietur .
Vicesimo . II° , ut communio ab ecclesiasticis non negligatur .
Vicesimo . III° ut idem a laicis pro temporibus observetur .
Vicesimo . IIII° . ut prius probentur laici quam monachentur .
Vicesimo . V°[1] . ut elemosinæ non negligantur .
Vicesimo . VI° . ut hæc præcepta singuli episcopi subjectis notificent .
Vicesimo . VII° . de utilitate elemosinæ disputatum est .
Vicesimo . VIII . de utilitate psalmodiæ .
Vicesimo . IX . ut congregatio pro modo facultatum constituatur .
Tricesimo . ut monachi inter laicos non habitent .
Tricesimo primo . ut pro regibus et principibus publice oretur[2]

A.] Will. Malm.,[3] *Gesta Pontif.*, ed. Hamilton, pp. 9-11. Had. and St., iii, p. 360. (*Full text of Canons.*) Spelman, *Concilia.*

---

175. *Grant by Earduulf, King of Kent, to the Church of St. Andrew, Rochester, of pasturage for swine at Holanspic, etc.* A.D. 762 (*for* 747).

De Pascuis porcorum . XII . gregum .

✠ In nomine Dei summi . Multi quidem in hoc seculo constitutionem et narrationem antiquorum pro hujus vitæ favore et concupiscentia depravare conati sunt , qui istius ærumni seculi laudem quærunt , et multo magis hominibus placere quam Deo diligunt , sicut ipse procurator , nomine Ualhhun[4] . contra episcopum HROFENSIS ecclesiæ sine intermissione congressum discrimini fecit . circa porcorum pascua in silba quæ appellatus est CÆSTRUUAROUUALTH .

Iccirco ✠ ego EARDUULFUS, rex Cantuariorum , conflictionem eorum ad nichilum redigo , quia coram testibus et optimatibus meis concedo ad ecclesiam SANCTÆ ANDREÆ . pro remedio animæ meæ atque meorum patruum . XII . greguum porcorum ad ser-

[1] Reference to Spelman, *Concilia*, shows 30 canons only promulgated at Clovesho in 747. The rubric of canon 25 is "Ut episcopi synodi præcepta per parochias suas omnes scire faciant". Of 26, "De Eleemosynis", William of Malmesbury's text [A.] displaces canon 25 and divides 26 into two portions, making of it 25 and 27. *Hamilton.* [2] The author explains the origin of this text thus:—"Cujus sinodi principium et actio per capitula hic ponetur, *meis aliquando verbis*, antiquorum semper sententiis", p. 9. [3] The footnotes are from the MSS. mentioned at p. 16.

[4] Vualhun, B.

bandum in publicis locis . id est ut incoli nominandi dicunt. HOLANSPIC . alius PÆTLANHRYGE . tercius LINDHRYGE . Hoc autem numerus XII . gregum in istis tribus partibus singulariter in unoquoque teneatur.

Si quis vero, quod absit, heredum meorum hanc donationem infringere aut minuere præsumat, sciat se ab omnipotenti Deo. et a sanctorum angelorum consortio separatum, et in æterna perditione damnatum, manente hac donatione mea in sua nichilominus firmitate perseveret.

Anno ab incarnatione Christi . DCCLXII . indictione . XV .

✠ Ego Earduulfus, rex Cantuariorum, supradicta omnia volens confirmabi . et signum sanctæ crucis impressi.
✠ Ego Cuthberchtus, gracia Dei archiepiscopus, ad petitionem Earduulfi episcopi consensi et subscripsi.
✠ Ego Æthilberchtus, rex Cantiæ, consensi et subscripsi.
✠ Ego Balthard consensi et subscripsi.
✠ Ego Duunuualla subscripsi.
✠ Ego Æthelhun subscripsi.
✠ Ego Alidberht[1] subscripsi.
✠ Ego Ruta subscripsi.
✠ Ego Folcuuine subscripsi.
✠ Ego Uuiohtbrord subscripsi.
✠ Ego Balthhard subscripsi.
✠ Ego Badoheard subscripsi.
✠ Ego Beagnoth subscripsi.
✠ Ego Uualhhun subscripsi.

[A.] *Textus Roffensis*, f. 123; Hearne's edition, p. 78.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. xcvi.
[B.] MS. Harl. 686, f. 24.

---

176. *Grant by Eardulf, King of Kent, to Heahbert, Abbot of Reculver, of land at Perhamstede. About* A.D. 747.

PERHAMSTEDE.

✠ Ego EARDULFUS . rex Canciæ tibi venerabilis HEAHBERTE[2]. abba . tuæque familiæ consistenti in loco qui dicitur RACULFE[3]. concedo terram unius aratri in loco qui nominatur PERHAMSTEDE[4] cum omnibus ad eam rite[5] pertinentibus . liberam ab omnibus secularibus serviciis.

[A.] MS. Lambeth, No. 1212, f. 322. Twysden, *Hist. Angl.*, col. 2220.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. xcv.
[B.] MS. Harl. 686, f. 24.

[1] Aldberht, K. B.
[2] Eadberte, K. [3] Raculf., K. [4] Berh., K. [5] Rite, omitted, K.

177. *Remission by Æthilbald, King of the Mercians, to Abbess Eadburga, of half the dues on a ship. May, A.D. 748.*

Carta[1] Ethelbaldi regis Merciorum , Edburgæ abbatissæ qua donavit eidem dimidium vectigal unius navis et tributum quod sibi de jure spectabat .

✠ In nomine domini salvatoris nostri !

Omnem hominem qui secundum Deum vivit , et remunerari a Deo sperat et optat , oportet ut piis precibus assensum ex animo hilariter præbeat , quomodo certum est tanto facilius ea quæ ipse a Deo poposcerit consequi posse , quanto et ipse libencius hominibus recte postulata concesserit ; quod tunc bonorum omnium largitori Deo acceptabile fit , cum pro ejus amore et utilitate famulantium ei peragitur .

Quocirca ego ÆTHILBALDUS Mercionum [rex][2] juxta peticionem vestram , tibi EADBURGE abbatissæ tuæque familiæ conversanti in monasterio beatæ Dei genetricis Mariæ , quod situm est in insula TANETI[3] , nec non et in monasterio apostolorum Petri et Pauli , quod tu ipsa non longe a prædicto monasterio construxisti , unius navis quod a Leubuco[4] nuper emisti , dimidium vectigal atque tributum , quod meum erat , pro intuitu supernæ mercedis , et amore consanguinitatis religiosæ abbatissæ[5] Mildredæ , cujus venerabile corpus a priori sepultura translatum in ipso monasterio apostolorum decenter posuisti , accipiendum possidendumque æterna donatione concedo ; et cuicunque volueritis hæredum successorumque vestrorum , seu quolibet hominum , hoc ipsum de jure in re vestra perdonare liberam habeatis potestatem . Hinc igitur præcipio ac precor in nomine Dei omnipotentis , patriciis , ducibus , comitibus , theloneariis, actionariis, ac reliquis publicis dignitatibus ut hæc inoffense donatio per præsentes ac posteros percurrat ; si autem contigerit , ut navis ista disrupta ac confracta sit , vel etiam vetustate detrita , aut omnino quod absit naufragio perdita , tunc quoque ad cumulum hujusce donationis hoc addo et concedo , ut alia in hujus donationis locum et conditionem construatur et habeatur . Et hoc non solum me vivente in hac vita , sed etiam post obitum meum per succedentes semper generationes præcipio , et per Christum Jhesum judicem omnium postulo fieri .

Quisquis vero hæredum successorumque meorum , vel aliorum quilibet hominum , sive sæcularium , sive ecclesiasticorum , huic

[1] Title omitted, K. [2] [Rex] Merciorum, B.; rex, omitted C. [3] Thaneti, C. [4] Leubrico, K. [5] Abbate, C.

piæ donationi nostræ in aliqua re contraire quoquo tempore fuerit ausus, noverit se quisque ille sit audacis malitiæ suæ rationem esse redditurum coram omnipotente domino nostro, qui judicabit orbem terræ in æquitate, reddens unicuique secundum opera sua, Jhesus Christus filius Dei, filiusque sanctæ Mariæ semper virginis, cujus scilicet[1] in præfato monasterio sacris atque magnificis indesinenter die noctuque frequentatur et adoratur precibus, judex sæculi ipse Jhesus Christus dominus noster Amen.

Igitur manente hac cartula in sua semper firmitate quam propria manu sacro signaculo roborare curavi, et testes nonnullos ut id[2] ipsum consentientes agerent feci, quorum nomina infra tenentur.

Actum mense Maio in civitate Lundonia. Indictione XIIII. Anno ab incarnatione Christi DCCXLVIII°.

✠ Ego Æthilbaldus rex Merciæ[3] suprascriptam donationem meam signo sanctæ crucis, in hac cartula expresso, diligenter confirmavi.

✠ Ego Ædbeortus[4] rex Cantiæ testis consentiens subscripsi.

✠ Signum manus Cuthberti[5] archiepiscopi.

✠ Signum Milredi episcopi.

✠ Signum Egcuulfi episcopi.

✠ Signum manus Obani ducis.

✠ Signum manus Kyniberti[6].

✠ Signum Eoppani.

✠ Signum Friðurici.

✠ Signum Ealhmundi.

✠ Signum Panti thelonearii.

[A.] MS. Trin. Hall, Cambridge f. 82b.
[B.] *Thos. de Elmham*, ed. Hardwick, p. 314.
[O.] MS. Harl. 686, f. 180b.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. XCVIII, from [A. B.].
[T.] Thorpe, *Dipl.*, p. 31; from [A. B.]

---

178. *Privileges granted by Æthelbald, King of the Mercians, to the Monasteries and Churches of his Kingdom.* A.D. 749.

✠ Plerunque contingere solet pro incerta futurorum[7] temporum vicissitudine, ut ea, quæ multarum et[8] fidelium personarum testimonio consilioque roborata fuerunt[9]; ut[10] fraudulenter per contu-

[1] [Nomen] added provisionally, B.; nomen, omitted, C. [2] Ad, K. [3] Merciorum, C. [4] Ædbeorhtus, K. [5] Cuthberhti, K. [6] Cyn., K. [7] Futurorum, omitted, B. D. [8] Et, omitted, B. D. [9] Fuerint, B. D. [10] Ut, omitted, B. D.

maciam[1] plurimorum , et machinamenta simulationis, sine ulla consideratione rationis periculose dissipata erant[2] , nisi auctoritate literarum , et testamento cyrographorum[3] æternæ memoriæ inserta sint.

Quapropter ego ÆTHELBALDUS[4] rex Merciorum pro amore cælestis patriæ , et pro[5] remedio animæ meæ , 'hoc maxime agendum[6] esse prævidi[7] , ut eam 'bonis operibus[8] liberam efficerem ab 'omnibus vinculis piaculorum[9] . Dum enim mihi omnipotens Deus per misericordiam clementiæ[10], absque ullo antecedente merito , sceptra regiminis honorifice[11] largitus est , ideo 'ei libenter et voluntarie[12] ex eo quod 'accepi iterum[13] retribuo.

Hujus rei gratia hanc donationem Deo teste[14] me vivente concedo , ut[15] monasteria et æcclesiæ[16] a publicis vectigalibus , 'et ab omnibus operibus oneribusque[17] , auctore Deo , servientes absoluti maneant , nisi sola quæ communiter fruenda sint[18] , omnique populo edicto regis facienda jubentur , id est instructionibus pontium , vel necessariis defensionibus arcium contra hostes non sunt renuenda . Sed nec hoc prætermittendum est , cum necessarium constat æcclesiis Dei : quia Æthelbaldus rex , pro expiatione delictorum suorum et retributione mercedis æterni[19] famulis[20] Dei propriam libertatem in fructibus silvarum agrorumque[21] , sive in cæteris utilitatibus fluminum vel raptura[22] piscium , habere[23] donavit : et ut munuscula ab æcclesiis in sæculare convivium regis vel principum a subditis minime exigantur , nisi amore et voluntate præbentur : Sed cunctas tribulationes quæ nocere vel impedire possunt in domo Dei , omnibus principibus sub ejus potestate degentibus , demittere et auferre præcipit ; quatenus sublimitas regni ejus prosperis successibus polleat in terris , et meritorum manipuli multipliciter maturescunt in cœlis.

Qui vero hæc benigna mentis intentione atque inlæsa cogitatione custodierit , æterna claritate coronetur , ornetur , glorificetur . Si quis hoc , quod absit , cujuslibet personæ tyrannica cupiditate

[1] Contumatiam, B. [2] Dissipentur, B. C. D. [3] Chirogr., C. D. [4] Ethelb., B. D.; Æthilb., C. [5] Pro, omitted, B. D. [6] Studendum, B. D. [7] Providi, B.; var. prævidi, D. [8] Per bona opera, B. D. [9] Omni vinculo peccatorum, B.; var. delictorum, D. [10] Suæ, added, B. D. [11] Honorif., omitted, B. D. [12] Libenter ei, B. D. [13] Dedit, B. D. [14] Deo teste, omitted, B. D. [15] Omnia, added, B. D. [16] Regni mei, added, B. D. [17] Et oper. et oner., B. D. [18] Sunt, C. [19] Æternæ, C. [20] Auctore Deo...... famulis, A. C.; absolvantur; nisi instructionibus arcium vel pontium, quæ nulli unquam relaxari possunt . Præterea habeant famuli, B. D. [21] Et agr., B. D. [22] Sive......raptura, A. C.; et in captura, B. D. [23] Habere......to the end, A. C.; for this B. D. read:—"Nec munuscula vel regi vel principibus præbeant . nisi voluntaria : sed liberi Deo serviant . et cætera", and end thus.

instinctus , contra hanc donationis cartulam , sæculari potentia fretus , venire nititur , sit sub anathemate Judæ , proditoris domini nostri Jhesu Christi.

Ad confirmandum vero hoc nostræ beneficentiæ munus , hii testes adfuerunt , et nostri magistratus optimates et duces fidelissimique amici consenserunt et scripserunt .

✠ Ego Ædelbald[1] divino[2] fultus suffragiis . hiis statutis consentiens, confirmandoque signum crucis aravi .
✠ Ego Huita Mercensis æcclesiæ humilis episcopus subscripsi .
✠ Ego Torhthelm gratia Dei episcopus signum crucis infixi .
✠ Ego Headberht primatum tenens subscripsi .
✠ Ego Eada his statutis consentiens subscripsi .
✠ Ego Cyneberht his gestis consentiens subscripsi .
✠ Ego Bercul patricius his donis consentiens subscripsi .
✠ Ego Friothuric consentiens subscripsi .
✠ Ego Eoppa his statutis consentiens subscripsi .
✠ Ego Eadbal[3] subscripsi .
✠ Ego Byrnhelm subscripsi .
✠ Ego Mocca subscripsi .
✠ Ego Aldceorl subscripsi .
✠ Ego Alhmund subscripsi .

Hujus scedulæ scriptio dominicæ incarnationis anno . DCCXLVIIII . indictione secunda in loco celebre cujus vocabulum est Godmundeslaech . XXXIII . anno Ædelbaldi[1] regis peracta est .

[A.] Spelman, *Concilia*, i, 258.
[B.] MS. Reg., 13 D. ii, f. 21.
[C.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. XCIX ; from [A. B.]
[D.] W. Malm., *Gesta Regum*, ed. Hardy, i, 116 § 84.
[E.] Thorpe, *Dipl.*, p. 23 ; from [A. B.]

Compare No. 140, which resembles B. pretty closely, but is evidently the model upon which A. is formed. The date of No. 140 is quite possibly thrown back by the omission of "tricesimo" in the words quoted in the note. See Spelman, i, 258.

---

179. *Grant by King Cuthred to Winchester Cathedral, of land at Clearan, or Clere, co. Hants.* A.D. 749.

DONUM CUTHREDI REGIS TO CLEARAN.

Regnante in æternum domino nostro omnipotente Deo .

Ego CUTHREDUS rex de terra juris mei aliquantulam portionem juxta mensuram scilicet . X . familiarum . quam solicolæ CLEARAN .

[1] Æthelb., C. [2] *Sic*, A.; divinis, C. [3] Eadbald, C.

nominant æcclesiæ Dei. Petro Pauloque dicatæ civitate WENTANA hereditarie perpetualiter impendo. ita ut nullus successorum meorum ipsius terræ portionem ab æcclesia Dei numquam præsumptuosus auferat. Et hæc acta sunt. Anno ab incarnatione domini. DCC.XLVIIII. et ut firmius supradictæ donationis meæ munificentiæ[1] roboretur testes idoneos et adstipulatores ad subscribendum confirmandumque prædictæ possessionis privilegium adscivimus. Quorum nomina et personæ infra notantur[2].

Ærest of Hildan hlepe on hunig peg. ⁊lang peges on Bregespiðestan. of þam stane on sceappæscan. ⁊lang sceappæscan. on Aleburnan. ⁊lang Aleburnan on beueres broces heafod. þanon on coferan tréop. of coferan treope. on þa bradan ác. of þara bradan ác on stuteres hylle niðepearde. þonon on peard setl. of peard setle on piðig grafas. þæt on scipdél. of scipdelle. on cypmanna [del][3]. of cypmanna delle ⁊lang peges. þæt eſt on Hildan hlép.

Ego Cuthredus rex propriæ donationis meæ munificentiam signo crucis Christi confirmans roboravi.
Ego Hunfrið Dei gratia episcopus canonice consentiens subscripsi.
Signum manus Æthilheardi économi atque abbatis.
Signum manus Cynibaldi abbatis.
Signum manus Cynrices. nobiles[4] prosapiæ.
Signum manus Ædilfridi[5] præfecti. His[6] limitibus prædictum rus circum vallatur.

[A.] Add. MS. 15,350, f. 31. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. XCVI; from [A.]

---

180. *Grant by King Cuthred to Winchester Cathedral, of land at Ðruhham, or Ðruhtham, co. Hants.* A.D. 749.

DONUM REGIS CUTHREDI WENTANÆ ECCLESIÆ DE ÐRUHTHAM.

Regnante in perpetuum omnipotente Deo.

Ego CUTHREDUS rex de terra juris mei aliquantulum[7] portionem juxta mensuram scilicet. VII. familiarum æcclesiæ Dei Petro et Paulo dicatæ civitate WENTANA hereditarie perpetualiter impendo. V. videlicet mansas æt ÐRUHHAM. et I.[8] æt Eppelhyrste. et.

[1] *Sic*, A. [2] Here K. adds:—His limitibus prædictum rus circumvallatur. [3] Added, K. [4] Nobilis, K. [5] Æðilf, K. [6] This sentence evidently should precede the paragraph containing the boundaries, and it is placed there by K. [7] -am, K. [8] .I., K.

L[1] . æt Hpitanleage . ita ut nullus successorum meorum ipsius terræ portionem ab æcclesia Dei nunquam præsu[m]ptuosus auferat .

Et hæc acta sunt anno ab incarnatione domini . DCC.XLIX . Et ut firmius supradictæ donationis meæ munificentia roboretur! testes idoneos et adstipulatores ad subscribendum confirmandumque predictæ pos'ses'sionis privilegium adscribimus[2] . quorum nomina et personæ infra notantur .

Ego Cuthredus rex propriæ donationis meæ munificentiam signo crucis Christi confirmans roboravi .

Ego Hunfridus Dei gratia episcopus canonice consentiens subscripsi .

Ego Cynibaldus abbas concessi .

[A.] Add. MS. 15,350, f. 111. | [K.] Kemble, Cod. Dipl., No. XCVII ; from [A].

---

181. *Grant by Æthilbald, King of the Mercians, to Eanberhtt, Abbot, of land in Toccan sceaga, ? Tickenhurst, co. Kent.* A.D. 755 × 757.

. . . . . . [d]ubitanter conuenit de his q . . . . [c]ommunicando tribuere . m . . . . . . ibus tanto plura cotidie . . . . . . os f . . e ceter . . . a Deo constat accepisse .

[Quapro]pter ego ÆTHILBALD rex non solum Mercensium . sed etiam in circuitu populorum quibus me divina dispensatio sine meritorum suffragio præesse voluit venerabili servo Dei EANBERHTTÆ abbati agrum . X . cassatorum in dominium Christi æcclesiæ pro redemptione animæ meæ . et pro expiatione facinorum meorum libenter concedens largior . est autem terra illa juxta silvam quam dicunt TOCCAN SCEAGA . habens in proximo tumulum qui habet nomen READA BEORG . quem etiam agrum cum silvis et prateis et omnibus ad eum pertinentibus commodis supranominato servo Dei . benigno animo concedo , si quis vero hanc donationem violare temptaverit . sciat se in tremendo examine totius mundi Deo universorum judici terribiliter rationem redditurum .

✠ Ego Æthilbald rex propriam donationem pro Christo factam signo sacratissimæ crucis firmabo .

✠ Ego Cynulf rex Uuest Saxsorum consensiens et subscribo .

✠ Manus Hereuualdi episcopi .

[1] . I ., K. [2] Adscrivimus K.

✠ Manus Milredi episcopi.
✠ Manus Cyneheardi episcopi.
✠ Manus Forthere.
✠ Manus Heardberhti.
✠ Manus Eadbaldi.
✠ Manus Eadan.
✠ Manus Uuadan.
✠ Manus Ealhmundi.
✠ Manus Cuutferthi.
✠ Manus Ecgfrithi.
✠ Manus Scillingis.
✠ Manus Æt'h'elricis.
✠ Manus Eoppan.
✠ Manus Uuigferthi.
✠ Manus Ealhferthi.
✠ Manus Ceardici.
✠ Manus. Tyccaan abbatis.
✠ Manus Herecan. abbatis.
✠ Manus Cyneberhti. abbatis.
✠ Manus Bægloci. [a]bbatis.
✠ Manus. Ecggan[1]. [a]bbatis.

Endorsed "Reada beorg".

[A.] Original charter in British Museum; Cott. Charter, viii, 3.
Brit. Mus., *Facsimiles*, iv, 3.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. c; from [A.]

---

182. *Grant by Æthelbald, King of the Mercians, to Withred and Ansith, of land at Geddinges, or ? Yeading, co. Middlesex.*

In nomine domini nostri Jhesu Christi.

Nichil intulimus in hunc mundum sed nec auferre quid possumus. Ideo præmia æternæ patriæ nobis caducis cœlestia momentaneis manentia sunt mercanda.

Iccirco ego ÆTHELBALDUS rex Merciorum domino dispensante comite meo WITHREDO conjugique ejus ANSITHE terram. VII^{tem}. manencium in provincia Midelsexorum[2]. in regione quæ dicitur GEDDINGES in australi atque in occidente habens torrentem cujus vocabulum FICESBURNE[3]. et in aquilonale ulterius quam via pub-

[1] Secggan, K.
[2] Midd., K.
[3] Fiscesb., K.

lica jacet . duorum jujerum latitudine in oriente in aquam[1] quæ anglorum lingua Lake nominatur habens . quæ est duarum quæ ibi sunt . ulterior usque dum illam accipient sulcesque precedunt . Insuper memoratam aquam . id est Fissesburnam[2] ea racione prorogans dono ut sit æcclesiastice juris potestate subdita in per [pet]uum nunquam ego ullusque[3] successorum meorum contra hanc donacionis descriptionem venire temptaverit .

Quod si quis hoc præsumserit . noverit se in districto examine domino racionem reddendam insuper cum raptoribus insolubilem subire sentenciam .

[A.] MS. Cott., Aug. II, 82 (*xiiith century copy*). | [K.] Kemble *Cod. Dipl.* No. ci ; from [A.]

---

183. *Grant by Eanberht, Regulus of the Huiccii, and his brothers Uhtred and Aldred, to Milred, Bishop of Worcester, of land at Tredingctun, or Tredinc tun, co. Worcester.* c. A.D. 757.

TREDINC TUN .

✠ Regnante inperpetuum domino Deo Sabaoth .

Dum[4] certum constat omnibus orthodoxis ac catholicis viris quod istius volubilis vitæ transitoria videlicet tempora momentaneis cursibus termino adpropinquare . Et inrevocabiles esse jam præteriti dies . necnon annorum curricula cum suis mensibus in priorem statum numquam reverti a nullo credentium dubitatur . et cætera quæ restant subsequentia nullam facere moram festinando ad finem pro certo noscuntur .

Idcirco ego EANBERHTUS Deo prædistinante[4] regulus propriæ gentis Huicciorum simulque germani mei mecum UHTREDUS . videlicet[5] et ALDREDUS eadem vocabuli dignitate et imperio fungentes his[6] ante dictis manifestissimis causis instructi quatinus cum istis sæcularibus rebus quæ citius transire constant . æterna paradisi præmia quæ sempiterna esse scimus lucrire[7] valeamus aliquam agelli portionem pro remedio animæ nostræ . MILREDO venerando antistite[8] ad sedem pontificalem et ad æcclesiam beatissimi apostolorum principis sancti[9] Petri ubi corpora parentum

[1] Jugerum lat. in or vero aquam, K. [2] Fissesb., K. [3] Null., K.
[4] Dum certum ...... prædistinante, A.; Cujus concedente clementia ego Eanberht, B. [5] Videlicet, omitted, B. [6] His ante ...... valeamus, omitted, B. [7] Lucrari, K. [8] Antistiti B. [9] Sancti, omitted, B.

nostrorum quiescunt quæ in UUEGERKENSI[1] civitate fundata[2] est ter dena[3] cassatos id est vicum qui nuncupatur TREDINGCTUN[4] . in duabus[5] locis . in altero quater sena[6] . in altero bis terna[7] ; juxta fluvium qui dicitur Stuur[8] . Isdem[9] terminibus adjacentibus quibus Tyrdda[10] comes antea tenebat libentissime[11] in commune largiti sumus . ut semper seu nobis viventibus seu in Christo dormientibus digna remuneratio in sanctarum orationum cum missarum sacris celebrationibus ab eadem æcclesia die noctuque Deo patrocinanti fideliter reddatur .

Si quis vero quod absit hanc munificentiam nostram[12] pro[13] Deo omnipotente concessam plurimorumque consilio corroboratam quorum infra nomina ponuntur . avaritiæ estibus succensus et diabolica[14] præsumptione incitatus infeliciter inritam facere præsumat . sciat se ab æterna requie separatum et cum Juda impio traditore[15] æternis dampnationum legibus mancipatum . Si quis vero augendo multiplicare voluerit Christi instinctus[16] amore augeat Deus partem illius in remuneratione justorum ubi animæ sanctorum fulgent in gloria . His hinc inde subscriptis terminis præfata certissime circumgiratur tellus[17] .

✠ Ego Eanberht hanc nostram communem donationem pro ampliori firmitate signum sanctissimæ crucis libens aravi .

✠ Ego Uhtred ante præscriptam donationem nostram confirmans subscribo et vexillum crucis prætitulavi .

✠ Ego Aldred majorum meorum conroboratus exemplis almæ crucis vexillum inposui .

✠ Ego Milred gratia Dei episcopus his prædictis[18] rebus canonice consensi et signum venerabile inpressi .

✠ Ego Offa nondum regno Mercionum a domino accepto puer indolis in provincia Huicciorum constitutus huic donationi eorum consensi et signum honorabile beatæ crucis conscripsi .

✠ Ego Totta Dei diffinitione antistes hanc prænotatam munificentiam consensi et subscripsi .

[1] Þeogornensi, B. [2] Sita, B. [3] Terdenos, K., xxxta. B. [4] Tredingtun, B. K. [5] Duobus, B.; duo, K. [6] xxIIII., B.; senos, K. [7] . VI ., B.; ternos, K. [8] Sture, B. [9] Hisdem, B. [10] Tyrda, B. [11] Lib., omitted, B. [12] Hanc nos. q. a. mun., B. [13] Pro, omitted, B. [14] Demonica, B. [15] Proditore, B. [16] B. ends here abruptly at the end of the page. [17] The boundaries have been omitted here, but entered after the subscriptions, A. [18] Prædicatis, originally, but a expuncted, A.

✠ Ego Hemele Dei gratia præsul æcclesiastice consensi et signum salutiferæ crucis prænotavi.
✠ Signum manus Heardberhti præfecti.
Signum manus Aldberhti p[1].
✠ Signum manus Tiluuini abbatis.
Signum manus Cusan abbatis.
Signum manus Headdan presbyteri.
✠ Signum Ealdbaldi. præfecti.
Signum Eatan. p[1].
Signum Cecces.
Signum Dunnes.
✠ Signum Brogan.
Signum Pendheres.
✠ Signum Uuales. p[1].
✠ Signum Beornhardus præfectus[2].

Þis syndan þa landgemæru to Tredingctune. Of Sture on þa stan scale þonne be ðan heafdan ꝥ on þa dunes ende ondlong dunes ꝥ on scire mere of sciran mere ꝥ on Brocnanbyrh of Brocnanbyrh on ꝥ riðig ondlong riðiges on morseað of morseaðe on Siðryðe pellan of Siðryðe pellan on rydmædpan ufeparde of reodmædpan on haran stan of haran stane on þa langan dic ondlong dice ꝥ on þone pyt of þam pytte ꝥ on reodpellan of reodpellan ꝥ on þone ofer ondlong ofres ꝥ on Stanford of Stanforda ondlonges þære lace of þære lace suð be ðam heafdon ꝥ on rahpeg ꝥ ondlong rahpeges on rahdene ꝥ þonne on Padbeorgas of Padbeorgan ꝥ on þone rycpeg of rycpege on hpæte dune of hpæte dune on þone stapol of þæm stapole on þa mærdic ondlong dices ꝥ on Stures stream.

[A.] MS. Cott., Tiberius A. xiii, f. 16.
[B.] MS. Cott., Nero E. i, f. 2[illegible].
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CII; from [A. B.] Boundaries in vol. iii, p. 378.

---

184. *Letter of Pope Paul I to Etberht, Archbishop (of York), and Eadberht, King (of Northumbria), urging the restoration of three monasteries taken from Abbot Forthreth by the King.* A.D. 757 × 758.

[D]ilectissimo fratri ETBERHTO[3] archiepiscopo sed et EADBERHTO[4] excellentissimo filio regi PAULUS papa salutem.

Arbiter rerum et opifex. qui solo verbo cuncta ex nihilo fingens.

[1] Præfecti, K. [2] Beornhardi præfecti, K.
[3] Egberhto, B. [4] Eadberchto, B.

humanam[1] limo creavit naturam trinus et unus dominus[2] noster; cui machina[3] poli ac telluris materia perenni lege famulantur. ad hoc prudentissimam nobilitatem vestram dominicæ plebis suæ curam instituit exequi. ut ea quæ ad ejus divinæ magestatis[4] cultum respiciunt sollerti[5] cura inhianter perficiendo[6] studeatis. Quatenus vestræ industriæ præsidio profligatur[7] eorum salus qui hujus mundi latebrosi insidiis[8] carent; Etenim nobis dilectissimi multorum relatione affatim comperimus efficaci solertia vos polleri[9]; Et quia adtentius[10] de illa florigera vita qui[11] nullo terminorum succeditur fine. mente devota cogitare anhelatis. ideo libentissime ea quæ ad vestræ animæ respiciunt salutem; per nostram apostolicam ammonitionem[12] dilectissimi[13] dilectionem atque excellentiam vestram perpetrandam[14] postulare aptum prospeximus; Itaque veniens ad limina protectorum vestrorum beatorum principum apostolorum Petri ac Pauli præsens Forþreth[15] religiosus abbas retulit nobis inquiens. quod tria monasteria illi concessa fuissent a quadam abbatissa id est monasteria quæ "Staningagrave"[16] seu "Cuha. palda"[17] et "Donæmuþe"[18] dicuntur; Quæ videlicet monasteria per vim ab eo tua abstulit excellentia. et cuidam patricio fratri ejus Moll nomine tribuit; De qua re nimis tristes effecti sumus excellentissime fili. quoniam extra præceptum Dei hoc omnino egisti. et liquet profecto. quod ad excidium animæ tuæ[19] pertinet. dum eadem monasteria ab eo qui in officio divini cultus perseverat, abstulisti, et qui in hujus mundi curis desudat, concedere studuisti. Neque enim fas est, excellentissime fili, ut humani favoris magis intuitum, quam Dei timorem præ oculis tuis adhibeas. Debuerat enim excellentissima prudentia tua de suis propriis opibus et[20] locis[21] eisdem venerabilib[us][22] prærogativa subsidii adminicula impertiri. Quoniam scriptum est. "Honora[23] dominum de tua propria substantia". Quapropter hortamur solertiam vestram, et ut vere obedientes per apostolicam sedem admonemus[24] ut[25] debetis. ob amorem protectoris vestri prælato Forðredo abbati ipsa tria monasteria restituere[26]. quatenus juxta quod a præfata abbatissa illi concessa sunt. sine

[1] [de] added, B. [2] Deus, added, B. [3] Machinæ, B. [4] Majest., B. [5] Solerti, B. [6] Perficere, B. [7] Protegatur, B. [8] [non], added, B. [9] Pollere, B. [10] Att., B. [11] Quæ, B. [12] Amm., B. [13] Dilectissimi, omitted, B. [14] Perpetr., omitted, B. [15] Forthredus, B. [16] ? Stonegrave, co. Yorks. [17] Cuchawalda, B.; ? Coxwold, co. Yorks. [18] ? Jarrow. [19] Here the original text of A. ends, with the following long addition on the lower margin in the hand of the 17th century. [20] Et, omitted, B. [21] Atque amœnis, added, B. [22] Venerabilibus, B. [23] Prov. iii, 9. [24] Et per apostolicam sedem admonemus ut sibi vere obedientes, B. [25] Prout, B. [26] Restituatis, B.

qualibet ambiguitate aut infesta molestia perfrui mereatur . et secundum[1] præditam et insitam vobis solertiam cuncta venerabilia loca pio intuitu fovere . et in omnibus protegere maturate . Atque quod ab eis ablatum est modis omnibus eisdem sanctis restituendum vestræ adhæreat curæ , ut ex hoc prava vitiorum usurpatione amputata , nulli laicorum vel aliæ cuilibet personæ denuo licentia admittatur piorum pertinentia locorum invadendi , sed magis vestro studio ea , quæ respiciunt ad religiositatis propositum , impensius propagentur . Ex hoc enim , excellentissime fili , Divinum adsumes remunerationis adminiculum , et contra hostis ferocis versutiam prævalebis et æternam proculdubio consequi promereberis vitam .

[A.] MS. Cott., Vespasian A. xiv, f. 161.
[B.] Haddan and Stubbs, iii, 394; from Wilkins, i, 141.

Jaffé, No. 1769.

---

185. *Grant by King Kinewlf to Malmesbury Abbey, of land at Morden and Rodborne, co. Wilts.* A.D. 758.

De possessione Meardene et Reodburne . ubi duo latices junguntur . quam Kynewlf rex Meldunensi cenobio largitus est .

In Christi nomine . Ego KINEWLF rex cum consensu principum meorum supra nominatim designatorum aliquam terræ portionem quasi . XXX . manentium habentem[2] familiæ Christi in MALDUBIENSI[3] monasterio constitutæ pro remedio animæ meæ perpetualiter possidendam donavi . Hec est ubi se duo latices junguntur[4] MEARDAENO[5] et REODBURNA[6] et in circuitu eorum quemadmodum ipsi incolæ bene nosce[7] dinoscuntur terminos et[8] limites locorum illorum necnon et villam cui subjacent . paschua[9] . prata . arida . irrigua . simul et silvestria loca .

Et hæc acta sunt anno ab incarnatione Christi . DCC . L . VIII . indictione . XI[10] .

Signum manus Kynewlfi regis .

Hoc signum ego Kynelteardus episcopus jussus a rege supranominato inscripsi et subscripsi .

[1] Here A. ends, the concluding part having been ploughed away by the binder. The continuation of the text is from B.
[2] Sup. nom. des.; and Hab., omitted, B. [3] Maildu., B. [4] Jungunt, B.
[5] Meardene, B.; Mearolaeno, C. [6] Rotburne, B. [7] Nosse, B. [8] Ac, B.
[9] Pascua, B. C. [10] Here B. ends with:- "A transitu domni Aldhelmi episcopi nono et quadragesimo. Subscripsit Kinearדus electus in episcopatum Wintoniæ, et Herewaldus episcopus Sciraburnia."

Signum manus Herewardi episcopi.
Signum manus Eoppan.
Signum[1] manus Herecan abbatis.
Signum[2] manus Yntan.
Signum manus Alfrithes[3].
Signum manus Beornes abbatis.

[A.] MS. Lansd. 417, f. 54.
[B.] Will. Malm., *Gesta Pontif.*, p. 387.
[C.] *Reg. Malm.*, i, 291.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CIII; from [A.] *Angl. Sacra.*, ii, 25.

---

186. *Confirmation by Cyniheard, Bishop (of Winchester), and Kinewlf, King of the West Saxons, of a grant by Coinred, No.* 107. A.D. 759.

✠ Hoc signum ego CYNIHEARDUS indignus episcopus impressi ad confirmandam roborandamque hanc cartulam quam hujusmodi conscriptum[4] esse fateor Successor abbatis prenominati Bectuni CATUUALI nomine dedit terram supra designatam . XXX . manencium Uuintran abbati pro pecunia sua . et scripsit libellum alium donacionis hujus atque possessionis suprascriptæ subtraxit tamen et donacionis primæ litteras et subscripciones regum episcoporum abbatum atque principum quia inter cetera terrarum suarum testimonia hec eadem terræ particula conscripta non facile potuit eripi neque adhuc potest . et propterea decedentibus primis testibus longa deceptatio inter familias duorum monasteriorum orta est et perseverat usque nunc . habeant[5] autem hanc terram semper ex quo a præfato abbate primo data est Wirtrun[6] successores ejus . et alterius familiæ et successores primum libellum que[7] manibus prædictorum testium roboratur .

Iccirco ego nunc atque rex noster cæteri[8] quorum testificacio et subscripcio infra ; notatur . Reconciliavimus eos in pace partim data pecunia partim juramento adhibito in tantum[9] ut deinceps successores Wintrun[6] abbatis id est Eguuald et familia ejus quæ est in monasterio quod dicitur Tissebiri cum licentia alterius familiæ cui præest Tidbald abbas habeant possideantque perpetualiter terram de quam[10] diu altercatio erat et præsens libellum ego discripsi . atque excerpsi ab illo primitus dato Betuno[11] abbati concedente scilicet Tidbaldo abbate et familia ejus et dedi Eguualdo

[1] This line last but one, C. [2] This line omitted, C. [3] Æthfrithes, C.
[4] -am, K. [5] Habe[h]ant, K. [6] Uuintran, K. [7] Qui, K.
[8] -que, added, K. [9] T'm, A.; testimonium, K. [10] Qua, K. [11] Bectuno, K.

abbati testibus infra notatis consentientibus atque confirmantibus hanc scripturam reprobrantibus autem alia scriptura quæ sunt edita de hac terra.

Et hæc acta sunt ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi . DCC.LVIIII . Indictione XII .

Kinewlf regis ✠.
Herewald episcopi ✠.
Scilling presbiter ✠.
Cerdic presbiter et ceteri . ✠.

[A.] MS. Harl., 61, f. 195. (Shaftesbury Chartulary.) | [K.] Kemble. *Cod. Dipl.*, No. CIV; from [A.]

---

187. *Grant by Eanberht, Uhctred, and Aldred to Abbot Headda, of land at Onnanford, co. Worc.* A.D. 759.

ONNAN FORD.[1].

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi salvat[oris] nihil intulimus in hunc mundum verum nec auferre quid possumus idcirco terrenis ac caducis æterna et cælestis patriæ præmia mercanda sunt.

Quapropter . cum licentia et permissione piissimi regis Offan[2] Merciorum . nos tres germani uno patre editi . EANBERHT atque UHCTRED necnon et ALDRED pretio redemptionis animæ nostræ non ignorantes in futuro prodesse si quid Christi membris libenter inpendimus . donavimus[3] tibi HEADDA abbas . terram juris nostri decem cassatorum . æt ONNANFORDA confiniæ tamen ejusdem terræ . ab australi plaga Uuisleag . ab occidente Rindburna, a septemtrionale Meosgelegeo[4]; ab oriente vero Onnanduun cum campis silvis pratis pascuis cum omnibus ad se pertinentibus . ut quidquid exinde agere volueris liberam habeas arbitrium donandi in tuo sit potestate . numquam nos heredesque nostros ullo tempore . contra hanc donationem esse venturos quod si quis præsumserit in magno vel in modico inrumpere, sit separatus ab omni societate christianorum et in examine . districti justique judicis præsumtionis suæ pœnam incurrat . ad cujus cumulum nihilominus firmitatis testes conpetenti[5] numero ut subscriberent rogavimus . et ipsi signum sanctæ crucis inpræserunt .

[1] In B. only. [2] Offani, B. [3] Donabimus, B. [4] Meosgeleo, B.
[5] -te, altered to -ti, A.; -ti, B.

Peracta est autem hæc donatio in mense februarii indictione XII[a] . anno vero ab incarnatione Christi . DCC°L°VIII[I][1] . et isti testes consenserunt .

✠ Ego Offa rex Merciorum huic donationi consensi et subscripsi .
✠ Ego Eanberht regulus consensi et subscripsi[2] .
✠ Ego Uhctred[3] regulus consensi et subscripsi[2] .
✠ Ego Aldred regulus consensi et subscripsi .
✠ Ego Milred episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Tilhere abbas consensi et subscripsi .
✠ Ego Cusa abbas consensi et subscripsi .
✠ Signum manus . . acan .
✠ Signum manus Dilran .
✠ Signum manus Bobban .
✠ Signum manus Bynnan .
✠ Signum manus Berhtuuald .
✠ Signum manus Tilberhti abbatis .

Endorsed in hands of the xth *century*, "Offa rex" . *and* "to Onnaforda" .

[A.] Original Charter in British Museum, Addit. Ch. 19 789. Brit. Mus., *Facs.*, ii, 2.	[B.] Cott. MS., Tiberius A. xiii, f. 24b. Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cv.

---

188. *Remission by Offa, King of the Mercians, to the Abbess Sigeburga, of the tax on a ship.* A.D. 759 × 764.

Carta Offæ regis Merciorum de navis onustæ transvectionis censu quem dedit primitus rex Merciorum Ethelbaldus , etc.

✠ In nomine regnantis in perpetuum .

Ego OFFA rex Merciorum , illam donationem quam rex gloriosus Ethilbaldus Deo omnipotenti gratiarum persolvens actiones , Mildrithæ abbatissæ de navis onustæ transvectionis censu , qui a theloneariis exigebatur , conferre voluit , pro remedio animæ meæ et pro munificentia orationum sanctorum , tibi SIGEBURGÆ ejusdem monasterii abbatissæ condonans attribuo . Ad hanc conditionem signum salvatoris nostri propria manu firmavi , et testes ut subscriberent rogavi .

✠ Ego Bregwinus[4] archiepiscopus consensi et subscripsi .
✠ Signum Tottan episcopi .

[1] . LVIIII ., B. [2] Et subscripsi, omitted, B. [3] Uhtred, B., and ends with this line.

[4] Bregouuinus, K.

✠ Signum Milredi episcopi.
✠ Signum Egwlfi[1] episcopi.
✠ Signum Eardulfi episcopi.

[A.] MS. Trin. Hall, Cambr., f. 54.
[B.] Thos. de Elmham, ed. Hardwicke, p. 321.
[C.] MS. Harl. 686, f. 187.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.* No. CXII; from [A. B.]
[T.] Thorpe, *Dipl.*, p. 37; from [A. B.]

---

189. *Remission by Eadbert, King of Kent, of a similar tax at Sarre, co. Kent, etc.* A.D. 761 (?).

Carta Edberti regis Cantiæ de ejusdem navis transvectione.

✠ Regnante in perpetuam domino nostro Jhesu Christo.

Unicuique mortalium vitæ suæ terminus omnipotentis Dei dispensatione incertus esse dinoscitur; venit enim dominus ad visitandum servum suum in die qua non sperat, et hora qua non putat.

Qua de re ego. EADBERTUS rex Cantiæ, anno. XXXVI°. regni nostri, una cum consensu et consilio archiepiscopi Bregwini et principum meorum, pro æterna redemptione animæ meæ, aliquid ex his quæ mihi idem ipse dominus et salvator noster, cunctorum bonorum largitor, tribuerit, statuens donare decreveram; id est, duarum navium transvectionis censum, qui etiam juris nostri erat in loco cujus vocabulum est ad SERRÆ; juxta petitionem venerabilis abbatissæ SIGEBURGÆ, ejusque sacræ conversationis familiæ, in monasterio sancti Petri quod situm est in insula Tenæt; sicut a regibus Merciorum Æthilbaldo videlicet clementissimo et rege Offan, longe ante concessum est tributum in loco cujus vocabulum, est Lundenwic; alterius vero quod nuper[2] ædificatum est in monasterio ejusdem religiosæ Dei famulæ omne tributum atque vectigal concedimus, quod etiam a theloneariis nostris juste inpetitur publicis in locis, quæ[3] appellantur Fordwik et Seorre. Hinc igitur præcipio et precor, in nomine omnipotentis Dei, patriciis, ducibus, comitibus, theloneariis, actionariis, publicis dignitatibus, ut hæc nostra concessio in Dei donatione æternaliter sit confirmata; ita ut nec mihi nec alicui successorum meorum regum sive principum, seu cujuslibet conditionis dignitatibus, nefario temeritatis ausu de supradicta donatione nostra aliquid fraudare vel minuere liceat. Si autem contigerit, ut navis ista rupta et confracta sit, vel nimia vetustate consumpta, sive etiam, quod absit, naufragio perdita, ut

[1] Eogwulf, K. [2] Semper, K. [3] Qui, K.

alia in loco illius ad utilitatem ibidem Deo servientium famulorum Christi et famularum construatur ; ad hanc videlicet conditionem , ut quicquid in suis mercimoniis in diversis speciebus adquirere possint nobis fideliter inoffense offerre debeant , simul cum ipsa navi , ad locum qui appellatur Fordewik[1] .

Et quicunque de hac donatione nostra . quod etiam specialiter omnipotenti Deo firmiter concessum est, aliquid nefario calliditatis ausu abstrahere vel minuere tentaverit , sciat se a consortio sanctorum omnium separatum . et cum diabolo et angelis ejus in perpetuum esse dampnandum . quoniam sanctum locum istum dehonestare conatus est, in quo primi apostolorum principis Petri intercessio orationibus assiduis et elemosinis floret pro omni populo christiano . Iccirco vivens benedictione Dei carebit, et moriens maledictioni debitæ subjacebit , nisi digna satisfactione emendaverit quod nuper studuit depravare. Quicunque vero hæc augenda[2] custodierit , sit benedictus inperpetuum , et beatissimam vocem audire mereatur cum sanctis : " Venite benedicti patris mei" .

✠ Ego Edbertus rex hanc donationem a me factam propria manu signo sanctæ crucis roboravi .
✠ Ego Bregowinus archiepiscopus ad petitionem Edberti regis signum sanctæ crucis expressi .
✠ Signum manus Iamberti abbatis .
Signum manus Daene abbatis.
✠ Signum Bruni abbatis .
✠ Signum manus Baltheardi comitis .
✠ Signum Eathelhun principis .
✠ Signum manus Redfridi .
✠ Signum manus Budda .
✠ Signum manus Eathelberti .
✠ Signum manus Eadda .
✠ Signum manus Egesasi .
✠ Signum manus Aldred .

[A.] MS. Trin. Hall, Cambr., f. 54b.
[B.] Thos. de Elmham. ed. Hardwicke, p. 322.
[C.] MS. Harl. 686, f. 187b.
[K.] Kemble. Cod. Dipl., No. cvi ; from [A. B.]
[T.] Thorpe, Dipl., p. 35 ; from [A. B.]

[1] Forduuic, K. [2] Augendo, K.

190. *Grant by Eadbert, King of Kent, to St. Peter's Abbey, Canterbury, of land in Mundelingham, or Mongeham, co. Kent. 25th July,* A.D. 761.

Carta Edlberti regis de manerio de Mungeham.

✠ In nomine regnantis inperpetuum domini nostri Jhesu Christi ac cuncta mundi jura justo moderamine regentis.

Quamvis parva et exigua sunt quæ pro admissis peccatis offerimus, tamen pius dominus et redemptor noster non quantitatem muneris sed devotionem offerentium semper inspicit.

Qua de re ego EADBERTUS, Dei dispensatione ab universa provincia Cantuariorum constitutus rex et princeps, cognoscens initium vitæ et mortis, quia omni humano generi indifferens est vitæ cursus et mortis, providens ubi corpusculum meum condi deberet, nihil melius arbitratus sum, nisi ibi sepulturæ traderer[1] ubi jam pristino tempore parentes meos sepultos esse omnibus constat, hoc est in monasterio beati apostolorum principis Petri cui præesse dinoscitur honorabilis abbas IAMBERTUS, et quia infructuosus esse non debeo supradictæ æcclesiæ, pro æterna redemptione animarum nostrarum, meæ videlicet atque clementissimi regis Æthelberti, et corporum sepulturæ[2]. necnon et promissarum solempniis exhibendis, ad augmentum vitæ inibi famulantium Christo, terram aratrorum sex in australi parte vici antiqui qui appellatur MUNDELINGEHAM, sicut a regibus Cantiæ tempore pristino, et a nobis usque hactenus, concessa et possessa est. Interdicens etiam mihi hanc terram meisque successoribus a præsenti die et tempore, una cum consensu reverentissimi archiepiscopi Bregwini aliorumque servorum Dei, et principum meorum, beatissimo clavigero regni cœlestis ejusque sacræ coversationis familiæ in perpetuo possidendam[3] optuli, cum campis, silvis, pratis, pascuis, et cum omni tributo quod regibus daretur; ut liberam habeant potestatem possidendi, vel vendendi, vel etiam tradendi cuicumque voluerint. terminos vero hujus terræ ideo non scribimus quia undique ab incolis sine dubitationis scrupulo certi sunt; et unius carri introitum in silva quæ appellatur SAENLING.

Quicunque vero sequentium regum vel episcoporum, aut aliquis sæculari potestate fretus, hæc nostræ donationis scripta in aliqua parte minuere, quod absit, vel irrita facere nisus fuerit, in primis iram Dei incurrat, et a cœtu omnium sanctorum segregetur; et

[1] Traderet, C.; traderetur, K. [2] Sepultura, B. K. [3] Possidendum, K.

sciat se præsumptionis suæ ante tribunal Christi in die judicii rationem esse redditurum.

Scripta autem hæc[1] est cartula donationis anno. XXXVI°, regni nostri, die. VIII°. Kalendarum Augusti in civitate Doroverni. Testes vero ad confirmationem infra nominatos adhibui.

✠ Ego Ædbertus[2] rex hanc donationem meam volens confirmare. propria manu signum sanctæ crucis expressi.
✠ Ego Bregowinus archiepiscopus consensi et subscripsi.
✠ Ego Iambertus abbas subscripsi.
✠ Signum manus Bruni abbatis.
✠ Signum manus Escuuald presbiteri.
✠ Signum manus Esne comitis.
✠ Signum manus Baldhardi.
✠ Signum manus Hearedi.
✠ Signum Eadberti.

[A.] MS. Trin. Hall, Cambr., f. 53*b*.
[B.] Thomas de Elmham, ed. Hardwicke, p. 319.
[C.] MS. Harl. 686, f. 185*b*.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CVII.

---

191. *Confirmation by Ethelbert, King of Kent, of the deed whereby the Monastery of St. Peter and St. Paul, Canterbury, exchange half a mill at Cert, or Chart, co. Kent, for pasture in Andredes Wood.* A.D. 762.

Carta de conventione regis Ethelberti pro terra de Cert.

✠ In nomine domini nostri Jhesu[3]. Possessio quædam est terræ in regione quæ vocatur CERT, monasterii scilicet beatorum Petri et Pauli apostolorum, quod situm est ad orientem civitatis DOROVERNIS. In hac autem terra habetur molina, cujus quippe semis utilitas, id est dimidia pars molendinæ, a possessoribus præfati monasterii ac terræ hujus ad villam regalem quæ nominatur[4] WYTH tradita est, pro hac videlicet conditione atque commutatione, ut homo ille qui hanc terram, in qua molina est, tributario jure teneret,[5] unius gregis porcorum pascuam atque pastinationem in saltu Andoredo jugiter haberet. Hanc autem commutationem ego ÆTHELBERTUS[6] rex Cantiæ, ut rata in perpetuum existat, signo dominicæ crucis roborare curavi, et testes religiosos ut id ipsum facerent adhibui.

[1] Est hæc, K. [2] Edb., B.; Eadb., K.
[3] Jesu Christi, K. [4] Vocatur, K. [5] Tenet, K. [6] Ethelb., B.

Actum in civitate Dorovernis , anno incarnationis[1] domini DCCLXII .

✠ Ego Æthelbertus[2] rex . ut præfata commutatio atque donatio firma perpetuo existat , in nomine Dei omnipotentis quibusque dignitatis ac conditionis hominibus præcipio et per crucem dominicæ passionis adjuro , cujus signum ad cumulum firmitatis in hac paginula descripsi .

✠ Ego Bregwynus[3] archiepiscopus , testis consentiens , canonice subscripsi .

✠ Ego Albertus[4] præfectus subscripsi .

[A.] MS. Trin. Hall, Cambr., f. 55.
[B.] Thos. de Elmham. ed. Hardwicke, p. 325.
[C.] MS. Harl. 686, f. 190.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.* No. CVIII; from [A. C.]

---

192. *Grant by Dunwald to the Monastery of St. Peter and St. Paul, Canterbury, of land at Queen's-gate.* A.D. 762.

Carta Dunwaldi de terra infra Quengate, *i.e.*, Reginæ porta.

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi .

Ego DUNWALD minister , dum adviveret . inclitæ[5] memoriæ regis Ethelberti[6], nunc vero pecuniam illius pro animæ ejus salute ad limina apostolorum Romæ cum aliis perferre desiderans , villam unam post obitum meum , ni forsitan hoc prius me vivente placeat peragendum , quæ jam ad QUENEGATUM urbis DOROVERNIS in foro posita est , quam nunc Hringuine tenet ; quam idem mihi præfatus rex cum aliis terrulis jure proprio cum tributo illius possedendam,[7] et cuicunque voluerim tradendam , condonavit ; hanc videlicet ad æcclesiam prope positam beati PETRI ET PAULI , ubi scilicet corpus ejusdem domini mei regis Æthelberti requiescit , pro animæ illius et salute mea , æterna donatione cum tributo illius possidenda attribuo ; et ut nulla esset inposterum[8] de hac contentio , hoc ipsum in libello primæ donationis meæ faciendum descripsi . Et ideo nunc cum consensu venerabilis archiepiscopi nostri Bregwini[9] hunc libellum hujusce donationis meæ describi feci et manu propria roboravi , et illum atque alios religiosos testes ut idipsum faciant adhibeo .

[1] Ab incarnatione, K. [2] Ethelb, B. [3] Bregwinus, B.; Bregouuinus, K. [4] Aldh., K.
[5] Inclytæ, B. [6] Æthelb., B. K. [7] Possid., K. [8] Imposst., K.
[9] Brigw., B.; Bregouu., K.

Actum anno incarnationis Christi . DCC . LXII°.

✠ Ego Bregwinus[1] gratia Dei archiepiscopus , signum sanctæ crucis subscripsi .

✠ Ego Dunwald[2] præfatam donationem meam signum[2] sanctæ crucis roboravi .

✠ Ego Baltheardus dux subscripsi .

✠ Ego Kyneardus[3] presbiter consensi et subscripsi .

✠ Ego Iambertus abbas testis subscripsi .

Hæc terra circumcincta est hiis terminibus : A Queuegatum in meridiem extensas habens tres perticas , et inde in occidentem rectissima linea dividit terram regis et istam XXIII perticis usque in maceriam quæ in aquilonali parte civitatis muro adjacet virgas habens XXXIII .

[A.] MS. Trin. Hall, Cambr., f. 55b.
[B.] Thos. de Elmham, ed. Hardwicke, p. 326.
[C. MS. Harl. 686, f. 191.

[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CIX ; [from A. B.] Boundaries in vol. iii, p. 378.
[T.] Thorpe, *Dipl.*, p. 36 ; from [A. B.]

---

193. *Grant by Sigiraed, King of Kent, to Bishop Earduulf, of land in Rochester.* A.D. 762.

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi .

Omnem hominem , qui secundum Deum vivit , et remunerari a Deo sperat et optat , oportet ut piis precibus assensum hilariter ex animo præbeat . Quoniam certum est , tanto facilius ea , quæ quisque a Deo poposcerit , consequi posse , quanto et ipse libentius hominibus recte postulata concesserit .

Quocirca ego SIGIRAED , rex Cantiæ , tibi venerabili EARDUULFO episcopo , ut diligenter postulasti , aliquam particulam terræ juris mei , id est quasi unius et semis jugeri in civitate HROFI , ad augmentum monasterii tui æternaliter possidendam concedo ac describo , cum omnibus scilicet ad eam pertinentibus rebus .

Hæc autem terro ab aquilonali portæ[4] monasterii tui jacet . Et pertingit usque ad septentrionalem murum præfatæ civitatis , intra terras videlicet quas antea ab oriente et occidente possedisti , et ideo hæc tibi satis accommoda , quia in medio jacebat .

Siquis autem contra hanc donationem meam aliquando venire invido malivoloque animo temptaverit , sit in præsenti separatus a communione sanctæ æcclesiæ Christi , et in futuro a societate sanc-

[1] Brigw., B.; Bregouu., K. [2] Signo, K. [3] Cynebeardus, K.
[4] Parte, H.

torum omnium segregatus. Manentem hanc kartulam in sua semper firmitate signo dominicæ crucis roboravi, et idoneos testes, ut et id ipsum facerent, adhibui.

Actum indictione. XV. anno dominicæ incarnationis. DCCLXII.

✠ Ego Sigiraed rex Cant'[1]. hanc donationem meam signo sanctæ crucis roboravi.
✠ Ego Eadberht rex Cant'[1]. consentiens propria manu confirmavi.
✠ Ego Bregouuine archiepiscopus consensi et subscripsi.
✠ Ego Aldhuun abbas subscripsi.
✠ Signum manus Suuithuun.
✠ Signum manus Æthilhuun.
✠ Signum manus Esni.
✠ Signum manus Egbaldi[2].
✠ Signum manus Uuighaad'.
✠ Signum manus Bunan.
✠ Signum manus Heabeorhti.
✠ Signum manus Tiidheah[3].

[A.] *Textus Roffensis*, f. 122.
[H.] Ed. Hearne, p. 68.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cx; from [A.]
[B.] MS. Harl. 596, f. 2 (transcript of A.)

---

194. *Grant[4] by Sigered, joint King of Kent, to Bishop Earduulf, of land in Æslingham, or Frindsbury, co. Kent.* A.D. 759 x 765.

DE AESLINGEHAM.

✠ In nomine domini Dei salvatoris nostri Jhesu Christi.

Quanvis parva et exigua sint, quæ pro ammissis offerimus. tamen pius omnipotens Deus non quantitatem muneris, sed devotionem offerentium semper inquirit. .

Qua de re ego SIGEREDUS rex dimidiæ partis provinciæ Cantuariorum, tam pro animæ meæ remedio, quam pro amore omnipotentis Dei, terram aratrorum. XX[u]. quæ appellatur ÆSLINGAHAM tibi reverentissimo episcopo EARDULFO sanctæ Hrofensis ecclesiæ, cum universis ad se pertinentibus campis, silvis, pratis, pascuis, paludibus et aquis, et cum omni tributo quod regibus inde dabatur in potestatem, cum consilio et consensu principum meorum, libenter inperpetuum perdono, ut possidendi vel habendi sive vendendi vel etiam tradendi cuicumque voluerit

[1] Cantiæ, K. [2] .Egbaldi, B. [3] Tüdheah, H.

[4] This deed (K. C. D., No. cxiv) probably preceded K. C. D., No. cxi. Kemble, vol. i, p. cxxiv.

liberam per omnia habeat potestatem. Sane quia cavendum est, ne hodiernam donationem nostram futuri temporis abnegare valeat, et in ambiguum devocare præsumptio, placuit michi hanc paginam condere, et una cum cespite terræ prædictæ tradere tibi, per quam non solum omnibus meis successoribus regum sive principum, sed etiam michi ipsi penitus interdico, ne aliter quam nunc a me constitutum est, ullo tempore de eadem terra quippiam agere audeant.

Quod si qui forte observare neglexerint, et absque digna satisfactione præsentis vitæ impleverint infelices dies, audiant vocem æterni judicis sub fine mundi dicentis ad impios. "Discedite[1] a me, maledicti, in ignem æternum, qui præparatus est diabolo et angelis ejus". Qui vero curaverint custodire nichilque[2] inrogarint adversi, audiant vocem clementissimi arbitri, inquientis ad pios. "Venite[3], benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi".

Adjectis. IIII. Dænberis[4] in commune saltu, hoc est, Uuealdseuuestra[5]. Billincgden[6]. Cealcbyras. Meosden. Rindigsel.

✠ Ego Sigeredus rex hanc donationem a me factam, signum sanctæ crucis propria manu scribendo, firmavi coram Bregouuino archiepiscopo.

✠ Ego Bregouuinus archiepiscopus, ad petitionem donatoris ante prædicti, consensi et subscripsi.

✠ Signum manus Hereberhti abbatis.

✠ Signum manus Baere abbatis.

✠ Signum manus Bruno abbatis.

✠ Signum manus Æscuualdi presbyteri.

✠ Signum manus Ecgbaldi[7] comitis atque præfecti.

✠ Signum manus Ealdhuuni.

✠ Signum manus Esne.

✠ Signum manus Badohardi.

✠ Signum manus Æthelnodi[8].

Confirmatio[9] Eanmundi Regis.

✠ Ego EANMUNDUS rex hanc piam donationem suprascriptam propria manu roborandam hoc signaculo sanctæ crucis expressi, in loco cujus vocabulum est GODGEOCESHAM, præsente venerabili archiepiscopo BREGOUUINO et consentiente, consilio quippe atque consensu omnium optimatum et principum gentis Cantuariorum.

[1] Matt. xxv, 41. [2] Nihilque, K. [3] Matt. xxv, 34. [4] Danb., H.
[5] Ueald., H. [6] Billincgtlen, B. [7] Ecgbalch, H.; Ecgbaldi, B.
[8] -nothi, K. [9] This title omitted, K.

✠ Ego Iaenberhtus abbas consentiens testis affui et subscripsi.
✠ Ego Huuætred abbas consensi et subscripsi.
✠ Signum manus Egesnoði[1].
✠ Signum manus Balthhardi.
✠ Signum manus Aldhuni.
✠ Signum manus Uda.
✠ Signum manus Puda.

[A.] *Textus Roffensis*, f. 125. | [B.] MS. Harl. 506, f. 2.
[H.] Ed. Hearne, pp. 74-77. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cxiv.

---

195. *Grant by Offa, King of the Mercians, to Earduulf, Bishop of Rochester, of land at Æslingaham, or Frindsbury, on the River Medway.* A.D. 764.

DE ÆSLINGEHAM SIVE FREONDESBERIAM.

✠ Regnante in perpetuum domino nostro Jhesu Christo ac cuncta mundi jura justo moderamine regenti.

Ego OFFA, rex Merciorum, regali prosapia Merciorum oriundus, atque omnipotentis Dei dispensatione ejusdem constitutus in regem, considerans et recolens quod vas electionis veracissimis innotuit verbis, quod istis temporibus instarent tempora periculosa: iccirco unusquisque de semet ipso plenius poterit agnoscere, quod quanto quis in hoc terreno habitaculo longiorem protraxerit vitam, tanto veraciora esse omnia quæ olim antiqui vates implenda esse prædixerunt. Icciroo necessarium duxi ut pro intercessionibus plurimorum, pro venia meorum delictorum, et requie perpetua adipiscenda animæ meæ. aliquid ex his quæ mihi largitor bonorum omnium Christus dominus donare dignatus est, id est, terram aratrorum viginti in loco cujus vocabulum est ÆSLINGAHAM, quæ etiam jacet ad occidentalem partem fluminis MEDUUUEIAN, contigua ipso fluvio, cum universis terminis suis ad eam rite competentibus, cum campis, silvis, pratis, pascuis, paludibus, et aquis, sicut olim habuerunt comites et principes regum Cantiæ, et cum omni tributo quod regibus jure competit, tibi venerabili EARDUULFO, sanctæ Hrofensis æcclesiæ episcopo, libenter inperpetuum perdono. Et hoc cum consensu et licentia archiepiscopi nostri Bregouuini atque Healberhti regis Cantiæ, et principum nostrorum, ut possidendi vel vendendi, vel etiam

[1] -odi, H.; -othi, K.

tradendi cuicunque voluerit liberam per omnia habeat potestatem. Et quia pro ipsius terræ recompensatione aliquam partem pecuniæ nobis fideliter libenter optulit, ad promerendam non specialiter michi a domino pietatem, sed indulgentiam delictorum totius gentis nostræ humiliter dominicam exorantes clementiam, ut liberet nos a malignis spiritibus et importunis et malis hominibus. Terminos vero hujus terræ ideo latius non scribimus quia undique ab incolis absque ullo dubitationis scrupulo certi sunt.

Quicunque vero sequentium regum aut principum aut aliquis sæculari fretus potestate hæc nostræ definitionis scripta irrita facere quod absit nisus fuerit, sciat se in præsenti vita domini benedictione esse privatum, et in novissimo maledictione[1] subjacere, ut a consortio sit separatus[2] sanctorum, et cum impiis et peccatoribus flammis ultricibus esse damnandum, excepto si digna satisfactione emendare curaverint quod iniqua temeritate depravarunt. Manente hac cartula in sua nichilominus firmitate, quam propria manu sacro signaculo roborare curavi. et testes ut subscriberent rogavi. quorum infra nomina asscripta tenentur.

Scripta est autem hæc cartula in civitate Doroverni, anno dominicæ incarnationis. DCCLXIIII. indictione. II.

✠ Ego Offa, rex Merciorum, suprascriptam donationem atque emptionem signo sanctæ crucis roboravi.
✠ Ego Bregouuinus archiepiscopus, juxta petitionem clementissimi regis ante prædicti, consensi et scripsi.
✠ Ego Heaberhtus rex consensi et subscripsi.
Cohærent vero huic terræ in commune saltu Denberi . III. Holanspic et Lindhrycg et Pædanhriecg[3].
✠ Ego Botuuini humilis abbas consensi et subscripsi.
✠ Signum manus Esne.
✠ Signum manus Uhtredi.
✠ Signum manus Broerda.
✠ Signum manus Eadbaldi.
✠ Signum manus Berhtuualdi[4].
✠ Signum manus Bobba.
✠ Signum manus Cec.
✠ Signum manus Huuithyse.
✠ Signum manus Esne fratris ejus.
✠ Signum manus Badoheardi.
✠ Signum manus Egbaldi.

[1] Novissima, K. [2] Seperatus, B. [3] Pædanbrig, H. K. Cf. Pætlanhrycge, No. 175. [4] Bertuualdi, H.; Berhtualdi, K.

✠ Signum manus Suithhuni.
✠ Signum manus Eangeali.

[A.] *Textus Roffensis*, f. 123. | [B.] MS. Harl. 806, f. 25.
[H.] Ed. Hearne, p. 72. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cxi.

---

196. *Grant by Ecgberht, King of Kent, to Eardulf, Bishop of Rochester, of land within the castle walls, Rochester.* A.D. 765.

✠ In nomine summi salvatoris et domini nostri qui ubique disponit omnia.

Ego ECGBERHTUS, rex Cantiæ, tibi EARDULFO meo fidelissimo ministro atque episcopo, tuæ peticioni assensum præbui, cum consensu[1] scilicet venerandi archiepiscopi Genberhti[2], qui michi in omnibus carus est, necnon et principum meorum, trado terram intra castelli mœnia supranominati id est HROFISCESTRI[3], unum viculum cum duobus jugeribus adjacentem plateæ quæ est[4] terminus a meridie hujus terræ quam tibi modo in præsenti possidendam habendamque, et cuicunque volueris te vivente seu moriente dare æternaliter perdono.

Si quis autem hanc donationem meam invido malivoloque infringere temptaverit animo, sit separatus[5] in hoc sæculo a participatione corporis et sanguinis domini nostri Jhesu Christi, et in futuro a cœtu omnium sanctorum segregatus, nisi antea suam præsumptionem digna satisfactione correxerit. Manentem hanc cartulam in sua semper stabilitate, Suprascriptam donationem meam signo sanctæ crucis Christi confirmare curabo, et alios religiosos viros ut et ipsum agerent adhibui, quorum nomina cum signaculis sanctæ crucis intra tenentur.

Actum anno dominicæ incarnationis. DCCLXV.

✠ Ego Egcberhtus[6], rex Cantiæ, hanc donationem meam signo sanctæ crucis roborare curabo.
✠ Ego Gengberhtus[7] gratia Dei archiepiscopus consensi et subscripsi.
✠ Ego Badenoð episcopus consensi et subscripsi.
✠ Signum manus Uban.
✠ Signum manus Udan.
✠ Signum manus Aldhun.
✠ Signum manus Uuilberi.

[1] Conoensu, B. [2] Genberti, H. [3] Hrofesc., K. [4] Est, omitted, H. K. [5] Seperatus, B. [6] Egcb., H. [7] Genb., H.

✠ Signum manus Uualhardi.
✠ Signum manus Tymbel.
✠ Signum manus Coenberhti.
✠ Signum manus Balhhardi[1].
✠ Signum manus Æthelnodi.

Confirmatio Heaberhti regis Cantiæ.

✠ Ego Heaberhtus rex Cant'[2]. testis consensi et subscripsi.
✠ Ego Aldberhtus abbas subscripsi.
✠ Signum manus Esni.
✠ Signum manus Badohardi.
✠ Signum manus Tidheah.
✠ Signum manus Baldhordi.
✠ Signum manus Eadberhti.
✠ Signum manus Hetraedi.
✠ Signum manus Beornulfi.
✠ Signum manus Heara.

Confirmatio Offæ regis Merciorum.

✠ Ego Offa rex Merciorum ad peticionem Earduulfi episcopi, hanc donationem in monasterio quod appellatus est Medy[s]hæmstede præsidente abbate Botuuino meo manu atque impressione sanctæ crucis Christi corroboravi, et licentiam dedi habendi seu tradendi cuicunque voluisset.
✠ Ego Botuuine abbas consensi et subscripsi.

[A.] *Textus Roffensis*, f. 128. | [B.] MS. Harl. 596, f. 25.
[H.] Ed. Hearne, p. 77. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CXIII.

---

197. *Grant[3] by Aldunlf, King (of the South Saxons) to Earl Hunlabe, of lands at Stanmer, Lindfield, and Burleigh, co. Sussex, with confirmatory subscription of Offa, King of the Mercians.*

§ *Collacio Villarum Stanmere. Lindefeldie. et Burhlee.*

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi salvatoris.
Esto nobis adjutor Deus, quem credimus et diligimus et scimus retributorem operum nostrorum.

[1] Balhardi, H. K. [2] Cantiæ, K.
[3] The date of this grant is uncertain, but probably not far from the following deed, the proem and other parts of which it closely resembles.

Idcirco ego ALDUULF Rex rogatus a Comite meo HUNLABE, ut sibi aliquantulam terram ad construendum in ea monastarium[1] largiri dignarer, cujus precibus adcomodans eandem terram, de qua suggerere videbatur pro remedio anime mee imperpetuum tradens libenter impendo. Et hec terra dispertitur. Sunt XVI. Casata in loco qui dicitur STANMERE. In Lindefeldia et Burhlea ut habeat et utatur. et post se cui placuerit imperpetuum jus derelinquat. Et si aliquis nostrorum successorum hoc donum mutaverit, ab omnium sanctorum communione privetur in eternum.

Et his terminis hec terra cingetur. Ærest of Mulestana. suþ on andopi hlinc. þanon on dæni spa northrihte to Pettelespige spa to Rithmærce. Dicelinga ⁊ Staumere ⁊ pestmæstune spa east rith to þan hpiten pæge spa north to pifelesfelde steton. spa east to mearchedige þanon est to mulestan.

Hec sunt territoria silvarum. to pifeles felda Ærest on hæmpeles pyll. ⁊ on frigedægæs east, spa to langan beccen. be tpeox tpegen pifelesfeldes. pest þannan to hennesfeldes burnen. Ðis is east mærc to stanmere inn sinbl spa to humahamme east peard to semænnes ⁊ langahricge belandes mæbe into stanmere. þenne to fischyrstee eastpard. spa north to heanfelde to pulfpytte.

Hec sunt nomina pastus porcorum. qui pertinent ad stanmere. fischyrste æscincuinc. healdesuuyrth palcanstede. lendenfelda. bri bacan scylfes. pille bocgeselle. leofecildes cot. Þas syndon beu than. midpearden. ⁊ be norþan. stealles felde north peard. ⁊ citangaleahge pellinga stane. ⁊ spa dæon on bære leage ⁊ on eastan on uuæste[other] ⁊ hafocunga leahge.

✠ Ego Alduulf rex hanc donacionem ad monasterii edificacionem et Deo et sancto Michaeli ibi serviencium augmentacionem. quamvis pridem religiosa antiquitate fundati autentico assensu propria manu subscripsi ✠.
✠ Ego Ælhuuald rex consensi et subscripsi.
✠ Ego Osiai[1] rex consensi et subscripsi.
✠ Ego Warmund consensi et subscripsi.
✠ Ego Wealhheard consensi et subscripsi.
✠ Ego Mathelheard consensi et subscripsi.
✠ Ego Heahfreth consensi et subscripsi.
✠ Ego Hæcga consensi et subscripsi.
✠ Ego Lulling consensi et subscripsi.
✠ Ego Ealda consensi et subscripsi.

[1] Sic, MS.

✠ Ego Hunfrith consensi et subscripsi.
✠ Ego Burchhard consensi et subscripsi
✠ Ego Mærheard consensi et subscripsi
✠ Ego Eadbeorht consensi et subscripsi.
✠ Ego Hedde consensi et subscripsi.
✠ Ego Ceobba consensi et subscripsi.
✠ Ego Offa rex Merciorum consensi et subscripsi.
✠ Ego Cynethrith regina consensi et subscripsi.
✠ Ego Ecfrith consensi et subscripsi.

MS. Lambeth, 1212, p. 382. | Omitted by K.

---

198. *Grant by King Osmund to Earl Walhere, of land in Ferring, co. Sussex, etc., 3rd August.* A.D. 762 (*for* 765).

Carta Osmundi regis de XII tributariis in Ferrings.

✠ In nomine domini Jhesu Christi salvatoris.

Esto nobis adjutor Deus, quem credimus et diligimus et scimus retributorem operum nostrorum.

Idcirco ego OSMUNDUS, rogatus a comite meo WALHERE ut sibi aliquantulam terram ad construendum in ea monasterium largiri dignarer. Cujus precibus accommodans, eandem terram, de qua suggerere videbatur, pro remedio animæ meæ imperpetuum tradens[1] libenter impendo; id est. XII. tributarios terræ quæ appellantur FERRING. cum totis ad eam pertinentibus rebus, campis, silvis, pratis, fluminibus, fontanis, et silvaticia[2], Coponora et Titlesham.

Scripta est hæc cartula ab incarnatione domini anno. DCC.LXII[3]. indictione tertia. mensis Augusti die tertio.

Ego Osmundus hanc donationem propria manu subscripsi.
Ego Osa episcopus consensi et subscripsi. etc.—Testes in lingua Saxonica.

[A.] Reg. B. xviii, f. 6; D. and Chap. of Chichester. (MS. Hardy in Record Office.) | [B.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. XVIII; from [A.] Dugd., *Mon. Angl.*, vi, 1164.

---

199. *Grant by Eardulf, King of Kent, to Heaberht, Abbot of Reculver, of land in Perhamstede, co. Kent.* c. A.D. 765.

✠ In nomine domini Dei nostri Jhesu Christi.

Piis religiosisque petitionibus et maxime fideliter famulantium Deo omnem hominem qui secundum Deum vivit et remunerari a

[1] Tradens, omitted, K. [2] Silvatica, K. [3] DCCLXII, in MS. Hardy, but DCCLXV is required to agree with the Indiction; DCCLXV, K. For a similar error, see No. 112.

Deo sperat et optat necesse est ut hilariter assensum ex animo praebeat quoniam certum est tanto facilius ea quae quisque a Deo poposcerit consequi posse quanto et ipse libentius hominibus utiliter postulata concesserit. quod tunc bonorum omnium largitori Deo acceptabile sit cum pro ejus amore et utilitate famulantium ei peragitur.

Quamobrem ego EARDULFUS rex Cantiae tibi venerabili HEABERHCTO abbate[1] tuaeque familiae consistenti in monasterio quod nominatur RICUULFI pro Dei omnipotentis Dei amore et spe supernae mercedis ut diligenter peti's'tis terram juris mei id est unius aratri in loco qui dicitur PERHAMSTEDE cum campis silvis pascuis venationibus omnibusque necessariis ad eam pertinentibus rebus juxta terminos[2] videlicet antiquos et indigenis certissimos aeterna traditione pro remedio scilicet animae meae et orationum suffragio vestrarum libenter possedendam concedo. Ita dumtaxat ut quicquid de ea fieri volueritis sive in donando sive in accomodando vel in commutuando liberam sempiternaliter potestatem habeatis. Haec autem terrula habetur in regione[3] caestruuara ubi nominatur heahhaam et adjacet a meridie sive occidente novem illis aratris quae prius scilicet dominii vestri fuerant quaeque a patre meo Eadberhtuo[1] vobis esse donata manifestum est.

Quisquis igitur ex quolibet vel ex ecclesiastico gradu vel ex saeculari dignitate his qui utiliter pro Dei intuitu servis Christi concessimus invido malivoloque animo contraire praesumpserit aut in aliqua re praefatam donationem nostram inritam facere temptaverit. Sciat se sine dubio et in praesenti ob meritum malitiae suae juste excommunicatum fieri a corpore et sanguine Christi et in futuro procul segregatum ab his qui a dextris Christi propter opera pietatis adstrare[1] et illam beatam vocem audire meruerint "Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi". Manentem hanc kartulam in sua nihilominus firmitate cum consensu venerabilis episcopi nostri Earduulfi necnon et principum meorum canonice roborare ut infra patescit curavi.

✠ Ego Eardulfus rex Cantiae praefatam donationem meam per propriam manum signo sanctae crucis roboravi.
✠ Ego Earduulfus Hrofensis ecclesiae episcopus consentiens subscripsi.
✠ Signum manus Folcuuinis.
✠ Signum manus Byrnhames.
✠ Signum manus Uuihtbrordis.

[1] *Sic*, A. [2] Tertimomino, but a line through *timo*, A. [3] Er, after this word, scratched through, A.

✠ Signum manus Uuealhunes.
✠ Signum manus Aethelnothes.

Endorsed:—" Perstede. Eardulfus Rex Ca. ad Ecclesiam de Raculf Perhamstede. I. aſ. Latine". (XIIth *century*.)

[A.] Original Charter in the British Museum; Ashburnham (Stowe), No. 3, B. | Brit. Mus., Stowe MS. 636, f. 64. Omitted by K.

---

200. *Grant by Cynewlph, King of the Saxons or Gewisi, to St. Andrew's Monastery, Wells, of land on the River Weluue.* A.D. 766.

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi.

Cum constet omnibus catholicis et recte credentibus in domino, quod tempora hujus temporalis vitæ longe lateque per orbem incertis ac diversis causis quotidie transeunt, necnon homines subitanea ægritudine præventi, statim vitam finiendo deserunt. simulque omnia fugitiva amittunt et ideo sine aliqua tarditate beneficia domini[1] pauperibus hic tribuendo erogemus. ut illic[2] fructum mercedis in æterna patria sine fine cum domino fæliciter accipiamus.

Quapropter ego CYNEWLPHUS Occidentalium Saxonum rex, aliquam terræ partem pro amore Dei, et pro expiatione delictorum meorum, necnon, quod verbo dolendum est, pro aliqua vexatione inimicorum nostrorum Cornubiorum gentis, cum consensu episcoporum atque satraparum meorum, Dei apostolo atque ministro, sancto Andreæ. humiliter ascribendo donabo, hoc est. XI. manentium prope fluvium qui dicitur WELUUE, ad augmentum monasterii quod situm est juxta fontem magnum quem vocitant WIELEA, ut eo diligentius in ecclesia sancti Andreæ apostoli Deo soli deserviant. Hiis teritoriis circumscriptam.

A meridie de valle quæ dicitur Asancumb. in occidentali plaga in unum fontem qui appellatur Diornanwiel[3] deinde in collem quem incolæ appellant Thornhill. deinde in desertum ou Picelon thorn, et tunc ultra flumen Weluue in fontem Holanwielle, et inde in desertum in unam fossam quæ est juxta fontem rivuli quem incolæ vocitant Sealtbroc, et tunc in eundem rivulum usque flumen Welwe, deinde in ripam fluminis usque vadum Welwe, et tunc in viam publicam usque sambucin[4] quam vocitant Ellen-

[1] Beneficia domini sine aliqua tarditate, B. G. K. [2] Illuc, B. K.
[3] Diern., B. K. [4] Sambucum, B. K.

trow[1] et inde in torrentem lutosum in vadum orientalem , inde sursum per campestria inter duas petrosas vias ad supranominatum vallem Asancumb .

✠ Si quis hæc infringere vel imminuere ausus sit , sciat se coram Christo et sanctis angelis ejus in ultimo examine rationem redditurum .

✠ Scripta est hæc syngrapha anno dominicæ incarnationis DCCLXVI . indictione . XII .

✠ Ego Cynewlphus Gewisorum rex . hanc meam donationem cum signaculo sanctæ crucis corroboravi .
✠ Ego Herewaldus episcopus hujus munificentiæ cartulam propria manu signavi .
✠ Ego Cynehardus[2] episcopus huic largitati consensi et subscripsi.[3]
✠ Signum manus Scillinges pr̄ .
✠ Signum manus Heahferdes pr̄ .
✠ Signum manus Eopfan pr̄ .
✠ Signum manus Edelrices pr̄ .
✠ Signum manus Hemeles pr̄ .
✠ Signum manus Wigferd pr̄ .
✠ Signum manus Ceardicis pr̄ .

[A.] *Registrum Album penes Dec. et Cap. Wellensem*, f. 404.
[Q.] Godwin, *De Praesulibus*: Bath and Wells.
[B.] Dugd., *Mon. Angl.*, ii, 286; from [Q.]
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cxv. Boundaries in vol. iii. p. 378.

---

201. *Grant by Offa, King of the Mercians, to Abbot Stidberht, of land on the River Lidding, in exchange.* A.D. 767. *Endorsed by Pilheard, in a Council held at Cælichyth,* A.D. 799 x 802.

In nomine trino divino .

Regnante in perpetuum domino nostro . Ego . OFFA . divina gubernante gratia rex Merciorum . STIDBERHTÆ venerabili viro atque abbatis cura prædito . terram . XXX . manentium in MIDDILSAEXUM . bituih . gumeninga hergae end liddinge . ét est VI . manentium et habitatio ab oriente torrentis . LIDDING . libentissime concedens donabo . et iste præfatus Stidberht mihi terram totidem manentium id est . XXX . in CILTINNE . in loco ubi dicitur . ƿICHAMA . in vicem commutationis perdonavit .

Si quis autem quod absit hanc nostram commutationem in-

[1] Ellentreow, B. K. [2] Ernehardus B. Q. [3] Here end B. Q.

fringere pertemtet sciat se coram Christo et angelis ejus rationem redditurum.

Dominicæ autem incarnationis. anno. DCC. LXVII[1]. Indictione. V. hæc donationis datio et muneris mutatio peracta est. his testibus consentientibus et scribentibus quorum nomina infra karaxata ...... neutur[2].

✠ Ego Offa rex Merciorum subscribo.
✠ Ego Gengberht gratia Dei archiepiscopus.
✠ Ego. Eadberht episcopus.
✠ [Ego.] Cuutfert episcopus.

[*Endorsed by Pilhcard*, A.D. 799 x 802.]

Has igitur cartulas donationum vel commutationum prænominatorum reguum Æthelbaldi videlicet atque Offani cum ad me usque pervenerunt. Ego PILHEARDUS misellus comis regis Merciorum Coenuulfi justissime adquirens accipi. easque in synodali conciliabulo juxta locum qui dicitur CAELICHYTH. coram rege jam nominato Merciorum et præsulibus ecclesiarum Dei necnon et ducibus seu principibus produxi et per pecuniam a piissimo jam tum domino meo rege Merciorum libertatem terrarum illarum consecutus sum. id est. CC. solidis. et ut postea in diebus meis vel successorum meorum omni anno. XXX. et ut ab omnium fiscalium redituum operum onerumque seu etiam popularium conciliorum. vindictis nisi tantum. prætium pro prætio liberæ sint in perpetuum. Trium tamen causarum puplicarum ratio reddatur hoc est instructio pontuum et arcis. verum etiam in expeditionis necessitatem vires. V. tantum modo mittantur Hujus rei gestæ hi fideles testes aderant quos hæc cartula comprehendit.

At nunc ego Coenuulfus Deo dispensante rex Merciorum propriæ donationis meæ libertatem signo sanctæ crucis libentissime Subscribo ✠.

✠ Ego Æthelheardus Deo largiente archiepiscopus signum venerandæ crucis inpressi.
✠ Ego Unuuona episcopus consensi.
✠ Ego Aldulf episcopus consensi.
✠ Ego Utol episcopus consensi.
✠ Ego Eadulf episcopus consensi.
✠ Ego Deneberht episcopus consensi
✠ Ego Haðoberht episcopus consensi.
✠ Ego Cyneberht episcopus consensi.
✠ Ego Uuigberht episcopus consensi.

[1] DCC. LXIIII, B.; DCC. LVII, K. [2] Videntur, K. ? continentur.

✠ Ego Alheard episcopus.
✠ Ego Tiðferð episcopus.
✠ Uuihthun abbas.
✠ Ego Beonna abbas.
✠ Ego Folðred abbas.

✠ Ego Coenuulf Dei dono rex Merciorum consentiendo subscribo.
✠ Ego Heaðoberht.
✠ Ego Æðelmund.
✠ Ego Esne.
✠ Ego Heardberht.
✠ Ego Ceolmund.
✠ Ego Ƿigga.
✠ Ego Cuðred.
✠ Ego Osulf.
✠ Ego Beornnoð.
✠ Ego Cynhelm.
✠ Ego Cydda[1].

On the face is written:—"Offa Rex dedit Stidberhto abbati terram in Middelsexe." (XIIth *century*.)

[A.] Brit. Mus., MS. Cott., Augustus II, 26. 27.
[B.] B.M. *Facsimiles*, i, 8.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CXVI; from [A.]

---

202. *Grant by Uhtred, Regulus of the Huiccii, to Æthelmund, son of Duke Ingeld, of land at Eastun, on the River Salwarpe, co. Worcester.* A.D. 767.

Carta Uhtredi Reguli Huicciorum.

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi. Certissime itaque absque dubitatione constat omnia quæ videntur temporalia esse, et quæ non videntur æterna esse.

Idcirco ego UHTREDUS Deo donante regulus Huuicciorum cogitavi ut ex accepta portione terrigenis regni a largitore omnium bonorum aliquid quamvis minus dignum pro remedio animæ meæ in usus ecclesiasticæ libertatis erogarem. unde fideli meo ministro ÆÐELMUNDO videlicet filio Ingeldi qui fuit dux et præfectus Æðilbaldi regis cum consensu et licentia Offani regis Merciorum simulque episcoporum et principum ejus terram quinque tributariorum id est vicum qui nominatur EASTUN[2] juxta fluvium in . . . . qui dicitur Saluuarpe jure ecclesiastico possidendam libentissime pro domino

[1] Croda, K.
[2] Hodie Aston infra manerium Stoke Prioris, note in MS.

omnipotenti donabo . quam is semper possideat et post se cui voluerit heredum relinquat . Insuper digno prætio ab eo suscepto pro remedio animæ nostræ et pro amore cælestis patriæ Sciat unusquisque hanc terram liberam esse ab omni tributo parvo vel majore publicalium rerum et a cunctis operibus vel regis vel principis præter instructionibus pontium vel necessariis defensionibus arcium contra hostes . omnimodo quoque in Dei omnipotentis nomine interdicimus , ut si aliquis in hac prænominatam terram aliquid foras furave[rit] alicui solvere aliquid nisi specialiter pretium pro pretio ad terminum ad penam nihil foras . augentem hoc meum præceptum omnipotens Deus sua augere bona in æternum non cessat . minuentem quod non optamus sciat se ante tribunal Christi rationem redditurum , nisi ante ea Deo et hominibus satis emendaverit .

Conscripta est autem[1] hæc donatio anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi . DCC . LXVII . indictione VI. lunari . V.

✠ Ego Offa Dei dono rex Merciorum huic donatione consensi et subscripsi .

✠ Ego Uhtredus Huicciorum regulos meam libertatis donationem corroborans scripsi .

✠ Ego Aldred subregulus Huuicciorum consensi et subscripsi .

✠ Ego Milredus[2] episcopus Huicciorum consensi et subscripsi .

✠ Ego Eata consensi et subscripsi .

✠ Ego Brorda-consensi et subscripsi .

✠ Ego Berhtpald consensi et subscripsi .

[A.] MS. Harl. 4660, p 3. | [B.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CXVII.

---

203. *Grant by Uhtred, Regulus of the Huicii, to Æthelmund, of land at Eastun, on the Saluuerpe, co. Worcester.* A.D. 770.

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi .

Certissime itaque absque dubitatione constat omnia quæ videntur temporalia esse . Et ea quæ non videntur æterna esse . Idcirco ego UHTREDUS Deo donante regulus Huicciorum cogitavi . Ut ex accepta portione terrigenis regni a largitore omnium bonorum aliquid quamvis minus dignum pro remedio animæ meæ in usus æclesiasticæ libertatis eroga[rem] . Unde fideli meo ministro

[1] N', A.; ia, K. [2] Mildredus, K.

ÆÐELMUNDO videlicet filio Ingeldi qui fuit dux et præfectus Æðelbaldi regis Merciorum cum consi[lio] et licentia Offani regis Merciorum Simulque episcoporum ac principum ejus. Terram. v. tributariorum Id est vicum qui nomina[tur EASTUN] juxta fluvium in orientale parte qui dicitur Saluuerpe jure æclesiastico possidendum libentissime pro domino omnipotenti . . . . . tenus se vivente possideat et pos[1] se cuicumque voluerit duobus heredis relinquat Illisque e sæculo migrantibus reddatur . . . . . [vig]eranens æclesiæ agrum cum libris ad mensam eorum sine ulla contradictione mihi atque omnibus nobis in elemosi[na] . . . . . tis patriæ illorumque intercessione ad Deum vivum et verum. Insuper digno pretio a antedicto Æðelmundo suscepto . . . . . [sciat unusquisque] hanc terram liberam esse ab omni tributo parvo vel majore publicalium rerum et a cunctis operibus vel regis vel prin[cipis præter instructio]nibus pontium vel necessaris defensionibus arcium contra hostes. Omnimodo quoque in Dei omnipotentis nomi[ne interdicimus ut si] aliquis In hac prænominata terra aliquid foraras furaverit alicui[1] aliquid nisi specialiter pretium pro pretio . . . . . . augentem hoc meum præceptum. Omnipotens Deus sua augere bona In æternum non cessat. Minuentem quod non [optamus sciat se ante] tribunal Christi rationem redditurum nisi ante ea Deo et hominibus satis emendaverit. Conscripta est [autem hæc donatio anno ab] incarnatione domini nostri Jhesu Christi. DCC. LXX. Indictione VIIII. decenovi. XI. Lun. VIII.

[✠ Ego Offa Dei dono rex Me]rciorum hanc donationem subreguli mei consensi et signum sanctæ crucis inposui.

[✠ Ego Mildredus Christi gra]tia concedente humilis Huicciorum episcopus consensi et subscripsi.

[✠ Ego Uhtredus . . . . . . di]spensatione donante regulus propriæ gentis hanc meam libertatis donationem pro domino concessam conroborans signum salutare conscripsi.

[✠ Ego Aldredus subregulus H]uicciorum huic concessæ donationi fratris mei consentiendo subscribo

[✠ Ego Eada consensi et su]bscripsi.

[✠ Ego Brorda con]sensi et subscripsi.

✠ Ego Eadbald consensi et subscripsi.

Hii sunt termini donationis istius saluuerpæ cymedes halh huitan stan readan solo.

✠ Ego Cyneðryð regina Merciorum consensi ei subscripsi.

[1] After this word an imperfect letter resembling c, MS.

✠ Ego Ecgferð filius amborum consensi et subscripsi.
✠ Ego Ælflæd filia amborum consensi et subscripsi.

Endorsed :—" To Eastune. Offani regis. in Stoce."

[A.] Orig. charter in possession of the Dean and Chapter of Worcester. Autotype facsimile in *Trans. Roy. Soc. Literature*, vol. xi, pt. III, new series; ed. Birch, "*On an Unpubl. Ch. of Uhtred*," 23 Jan. 1878. The parts in brackets supplied from No. 202.

Anglo-Saxon Charters of Worcester. Journal Brit. Arch. Assoc., 1882.
Photozincographic facsimile in "*Anglo-Saxon MSS.*" published by Ordnance Commission, vol. ii. Ed. W. B. Saunders, 1883.

---

204. *Grant by Uhtred, Regulus of the Huiccii, to the Monastery of Worcester, of land at Stoke, or Stoke-Prior, near the River Salewarpe, co. Worcester.* A.D. 770.

DE STOKE.

P ✱ In nomine domini nostri Jhesu Christi.

Certissime itaque et absque dubitatione constat omnia quæ videntur temporalia esse. et ea quæ non videntur æterna esse.

Iccirco ego UHTREDUS Deo donante regulus HUUICCIORUM cogitavi ut ex accepta portione terreni regni a largitore omnium bonorum aliquid quamvis minus dignum pro remedio animæ meæ in usus ecclesiasticæ libertatis erogarem. Hinc igitur concessi fratribus Deo servientibus in monasterio UUIGORNENSI quod constructum est in honore sanctissimæ virginis et matris domini nostri Jhesu Christi Mariæ. cum consensu et licentia regis Offani Merciorum simulque episcoporum ac principum ejus. terram illam. x. tributariorum. scilicet vicum qui STOKE appellatur juxta fluvium in orientali parte qui dicitur SALEUUEARPE jure ecclesiastico pro salute animæ meæ omni tempore possidendum. et insuper pro remedio animæ meæ et pro amore cœlestis patriæ sciat unusquisque hanc terram liberam esse ab omni tributo parvo vel majore publicalium rerum et a cunctis operibus regis vel principis præter instructiones pontium vel necessarias defensiones arcium contra hostes.

Augentem hoc meum præceptum omnipotens Deus sua augere bona in æternum non cesset! minuentem quod non optamus sciat se ante tribunal Christi rationem redditurum. nisi antea Deo et hominibus satis emendaverit.

Conscripta est autem hæc donatio anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi. DCCLXX. indictione. VIIII. decennovenal'. XI. . lun. VIII.

✠ Ego Offa Dei dono rex Merciorum hanc donationem

subreguli mei consensi . et signum sanctæ crucis imposui .

Ego Mildredus , pia Dei dispensatione humilis Uicciorum[1] episcopus consensi et subscripsi .

Ego Uhtredus Christi gratia concedente regulus propriæ gentis hanc meæ libertatis donationem pro domino concessam corroborans . signum salutare subscripsi .

Ego Aldredus subregulus Huuicciorum huic concessæ donationi fratris mei consentiendo subscribo .

Ego Eada consensi et subscripsi .

Ego Brorda consensi et subscripsi .

Ego Eadbald consensi et subscripsi .

Ego Cyneðryð regina Merciorum consensi et subscripsi .

Ego Etferdus[2] filius amborum consensi et subscripsi .

Ærest fram myðam in cyrstel mæl ác . Of cyrstel mæl ac in east ende teoue lege . Of teofe leage in þæt syrf treop . Of þam syrf treope . in þ rug' mapel treop in forþeard perdune . Of forepeard per dune oð midde pearde per . Of midde per dune in perdun broc . Of midde 'per' dune broce in middan pearde langan dune . Of middan pearde langan dune in sceap peg . Of scearp peg' in hpæta leage . Of hpæta lege in hens broc . Of hens broce in salparpan . Of seal parpan in holan peg . Of þam peg' in ða hpitan biricean . Of þære birican in alcherdes ford . Eft of salparpan in þa ifihtan ac . Of þære ac in þa mær ac . Of þære ac in lennic æcer . Of þam æcere in cærsa bæt . Of þam bæte in pipan . Of pipan in piði broc . Of þam broce in þæt þruh . Of þā þrug' in holan peg . Of þam pege in bridenan brygge . Of þære brigge in cumb . Of þam cumbe in ale beardes ác . Of þære ac in þa heort sole . Of þære sole in þa þisle . Of þære ðisle eft in ða myþax .

[A.] MS. Cott. Tiberius A. xiii, f. 144. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cxviii; from [A.]; boundaries in vol. iii, p. 379.

---

205. *Grant by Uhtred, Subregulus of the Huuiccii, of land at Scepesuuasce on the R. Stur, or Shipston-on-Stour, co. Worcester.* A.D. 764 × 775.

DE SCEPVVÆISCTUNE[3] .

P̣ Appropinquantem mundi terminum . etiam per indicia comperta[4] et signa manifesta declaratur . quemadmodum sacra evan-

[1] Huuic., K. [2] Ecgferð, K.

[3] *On margin*, Scepstoune, MS. [4] Cooperta, with o expuncted and m overline, MS.

geliorum oracula pronuntiant . humani quoque generis proles certis et incertis condicionum eventibus de hac temporali luce multis ac miris modis rapitur .

Iccirco ego UHTREDUS Dei dono subregulus Huuicciorum de his tremendis causis mente revolvens . optimum hoc fore excogitavi . Ut aliquid ex immensis[1] donationibus quæ mihi indigno Deus omnipotens et domini mei piissimi regis Merciorum donaverunt . Pro remedio animæ meæ . ad æcclesiam beatæ semper virginis Dei genetricis Mariæ que sita est in UUEGERNA civi[tate] . ubi corpora patrum meorum digne condiuntur[2] . in usus æcclesiasticæ necessitudinis dedissem . Et ideo secundum licentiam et permissionem domini mei excellentissimi OFFANI regis Merciorum et ducum ejus ac principium[3] quorum signa crucis manuum ac nomina infra perscripta litteris his assignabo ⁝ dabo terram . IIarum . mansionum jugera continentem . quæ jacet juxta fluvium qui dicitur STUR . ad vadum nomine SCEPESUUASCE . ea conditione . ut congregatio illa æcclesiæ sanctæ Mariæ ad propriam mensuræ participationem mensæ illorum habeant . et bene unanimes utantur in domo pauperes Christi qui habitant in ea . Et quæ sæpe contigit pro incertis hæredum successibus quibus non est annunciatum . oblivionis ignorantia antiquorum scripta et dicta ignota existunt . propterea causam hujus donationis telluris litteris caraxabo ; Milredus videlicet venerabilis episcopus meus et domini mei fidus amicus . postulabat a me . ut terram illam darem ante nominatæ æcclesiæ pretio ab eo accepto . quod et consilio meorum consiliatorum consensi . Insuper atque placabili pecunia ab eo suscepta pro amore cœlestis patriæ et pro stabilitate regni mei . hanc donationis terram concedens donabo ad æcclesiam sæpe nominatam beatæ Mariæ matris domini . Nunc ergo sicut promisi testium et consentientium signa et nomina . pro majore stabilitatis gratia inperpetuum conservandum conscribo .

Ego Offa Dei gratia concedente Merciorum rex mei ducis postulatione rogatus . huic donationi præscriptæ consensi . et vexillum sacratissimæ crucis Christi pro admunitione firmissima subscribendo inpressi[4] .

Ego Uhtredus subregulus meam donationem signo sanctæ crucis corroboro .

Ego Aldredus frater Uhtredi . atque subregulus Huuicciorum consensi et subscripsi .

[1] Inmensis, with n expuncted and m overline, MS. [2] Conduntur, K.
[3] Principum, K. [4] Altered to imp., MS.; impr., K.

Ego Mildredus supplex episcopus . huic donationi signum mirabile beatæ crucis infixi .
Ego Eadbertus episcopus consensi .
Signum . manus . Eatan principis .
Signum . manus . Brordan principis .
Signum . manus . Berhtuualdi principis .
Signum . manus . Esni . ducis .
Signum . manus . Eamberhti ducis .
Signum . manus . Eadbaldi . ducis .

[A.] MS. Cott. Tiberius A. xiii, f. 148. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CXXVIII.

---

206. *Grant by Osmund, King of the South Saxons, to the church of St. Peter (at Chichester), of land at Hanefeld, or Henfield, co. Sussex.* A.D. 770.

Carta dicti regis Osmundi de . XV . manentibus in Hanefeld .

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi .

Nichil intulimus in hunc mundum . veruntamen[1] nec auferre quid possumus[2]. et ideo cum terrenis et caducis æterna præmia mercanda sunt ;

Quapropter ego OSMUNDUS . rogatus a comite meo venerabili WARBALDO atque uxore illius TIDBURGE[3]. ut sibi aliquantulam terram ad ecclesiam beati Petri apostoli . quæ ibi sita est . in loco qui dicitur HANEFELD . XV . manentium[4] in perpetuam attribuo possessionem . cum omnibus ad eam pertinentibus rebus . id est . campis . silvis . pascuis . pratis . fluminibus . fontanis .

Acta est hæc cartula anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi . DCC . LXX .

✠ Ego Osmundus rex hanc donationem propria manu subscripsi .
✠ Ego Osa archiepiscopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Hedde episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Eadbrigh[5] episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Offa cum supranominatis personis hanc paginulam libens munio .
✠ Ego Wlfrid episcopus consensi .
✠ Ego Brodda dux .
✠ Ego Berhtwald dux .

[1] Verumt., B. [2] Possimus, K. B. [3] Tidburge, *MS. Hardy.*
[4] Manerium, B. [5] Eadbright, K.

✠ Ego Eadbald dux.
✠ Ego Osne[1] dux.
✠ Ego Aldwlf dux. etc.

Deinde[2] sequuntur bundæ sive metæ terræ prædictæ in lingua Saxonica.

[A.] MS. Reg. D. xviii, f. 8. Dean and Chapter of Chichester.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. MXX.
[B.] Dugd., *Mon. Angl.*, vi, 1164; from [A.]

---

207. *Grant by Offa, King of the Mercians, to Æthelnoth, Abbot of Canterbury, of land in Bewesfeld, or Beasfeld, near Ewell, in Bewsborough Hundred, co. Kent.* c. A.D. 772.

Carta Offæ regis Ethelnotho abbati de terra in Bewesfeld.

✠ Regnante inperpetuum domino nostro Jhesu Christo.

Ego OFFA Merciorum rex, anno[3] quinto regni mei, do et concedo ÆTHELNOTHO abbati apostolorum Petri et Pauli, terram duorum[4] manentium juris mei in loco qui appellatur BEƿESFELD cum ceteris[5] terminibus, pro expiatione criminum meorum, in jus proprium libenter concedo: hoc modo ut habeat et possideat cum campis et silvis vel omnibus ad se pertinentibus bonis, et ad pascendum porcos et pecora et jumenta in silva regali æternaliter perdono; et unius capreæ licentiam in silva quæ vocatur Sænling. ubi meæ[6] vadunt; post obitum vero tuum habeas potestatem tradere eam homini cui tibi placuerit, pro æterna redemptione animarum nostrarum.

Si quis vero regum[7], quod non credo, seu principum, sive quilibet a subjectis eorum, hanc nostram munificentiæ largitatem infringere vel minuere præsumpserit, sciat se a participatione domini nostri Jhesu Christi corporis et sanguinis alienum esse in hoc sæculo, et in districto Dei omnipotentis judicio, coram Christo et angelis ejus rationem esse redditurum; manente hac cartula in sua semper nihilominus firmitate.

Þon[8] sind þis þa sutulus tan[9] gedere to Beasfeld: Ærest on norþe peasðan[10] east rihte of Ellenbeorge. xv. girda. þan on suð rihte spa Moulman[11] strecte oþ landes ende: þon pest be Æpille mearce oþ þone Cpichege suð andlang heges[12] on þane bradan

[1] Esne, K. [2] This paragraph omitted, B.; placed before the witnesses, K. [3] K. suggests the insertion of "decimo" here. [4] Duarum, K. [5] Certis, B. C. K. [6] Me, C. [7] Reguum, C. [8] The figure of a key before this word, C.; and of two stars, B. [9] Sutulustan, K. [10] Norðeweardan, K. [11] In oulman, K. [12] And Langheges, A. B.

hegepai : þoñ on Cingdene on abbudes mearce of abbudes mearce eft on [1]Ellenbeorh[2].

✠ Ego Offa rex Merciorum hanc donationem confirmans propria manu signum crucis Christi infixi.
✠ Ego Iambertus archiepiscopus et rector catholicæ ecclesiæ consensi et subscripsi.
✠ Signum manus Kynedrithæ[3] reginæ.
✠ Signum manus Egfridi[4] filii regis.
✠ Signum manus Brordan ducis.
✠ Signum manus Ædel[h]eardi[5] principis.
✠ Signum manus Binnan.
✠ Signum manus Berhtuualdi.
✠ Signum manus Ædbaldi.[6]

[A.] MS. Trin. Hall, Cambridge, f. 56b.
[B.] Thos. de Elmham, ed. Hardwicke, p. 331.
[C.] MS. Harl. 686, f. 194b.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cxix. Boundaries in vol. iii, 380.

---

208. *Grant for life by Offa, King of the Angles, to Osuuald, Bishop (of Chichester), of land at Bixlea, or Bexhill, co. Sussex, with reversion to the See of Chichester (Selsey). 15th August,* A.D. 772.

✠ In nomine domini Dei salvatoris.

Omne quod secundum presens seculum agitur vix usque ad mortem sufficit. quod vero pro eterna vita agatur. eciam post mortem permanet in eternum. Idcirco intenta mentis providentia unicuique cogitandum considerandumque est. quatenus labentibus hujus seculi possessionibus mansuras celestium promissionum diviciis obteneat. qua de re. Ego OFFA Rex Anglorum pro remedio anime mee. et pro Dei amore aliquam partem terre Sudsex'. sicut ante promisi omnipotenti Deo venerando episcopo OSUUALDO ad construendum in ea monasterium. basilicamque

[1] Ellenbeorch, C. K.
[2] *Interpretatio*:—"Hoc modo situantur illæ duæ mansiones de Beausfeld. Prima ab occidentali aquilone recte in orientem ad locum vocatum Ellenberg ad mensuram quindecim virgarum. Alia recte ad austrum ad Moulemmarestrate, ubi est una extremitas ejusdem terræ; et tunc ad occidentem ad locum qui dicitur Ewellemerke, et tunc ad locum qui dicitur Cuchawe ex australi parte illius loci qui nominatur Longhawes super latam regiam viam. Tunc a loco vocato kyngislene ad ([1]) abbatis metam, ab abbatis meta retro ad Ellenbergh([2])". B. C.
[3] Cynethr., K.
[4] Ecgfrithi, K.
[5] Æthelh., K.
[6] Eadb., K.

([1]) Ab, MS.; ad, B.
([2]) Ellenberg, C.

augendam, que divinis laudibus. et sanctorum honoribus servire videatur. inperpetuam attribuo possessionem. id est. VIII. cassatos in loco qui appellatur. BIXLEA. sicut meta prenotatum est.

Þis synd þaera. VIII. hida land gemera. þaer[1] in landes into bæxparena lande. Arast on cneohta treou. of cneohta treuue. suuae suð on laepe. spæ andlang strandes oð ongean. Codanclibe. Esteperd and suuæ þearupp on ða ealdan merc dic. suuæ norð to kæia peorðe. and suuæ to bænetinge riðe. ⁊ suuæ norð þurch. sceorta pida to þaere mearc. becean. of ðære becean to noðingforda. of þam forda andlang uuæteres to stratt bræcge. of þaere brecge up andlang seohtran to bedanseaðe. of þam seaðe. suð andlang mearce eft to cneohta treouue.

✠ Þonne syndon þa gauolland þas ut landes into bexlea. in hiis locis qui appellantur. hiis nominibus. On berna homan. III. hida. On pyrtlesham. I. On ibbanhyrste. I. On Croghyrste. VIII. On brigce. I. On gyllingan. II. On fuccerham ⁊ and on blacanbrocan. I. On ikelesham. III. cum totis ad eum pertinentibus. rebus. campis. silvis. pratis. piscuariis. Ut ex hac die supradicta terra in Dei ut dixi nomine per me donata. ab omni regali exaccione libera. et Deo serviencium utilitati mancipata jugiter permaneat. Ea tamen condicione ut post diem illius hec donatio reddatur ad episcopalem sedem. que dicitur SELESEIG.

Si quis hanc donacionem a me attributam in maximo vel in modico aliquando imminuere ausus sit, sciat se in districto omnipotentis Dei judicio penam presumpcionis sue incurrere. et ob auditu malo non liberari.

Þis sint þa fangemerca to icoleshamme. to binguuellan æt clibe ut on ðone broc midne suæ on tattingsnad suæ ut on mor on þat Eadpining dæn oð Cantpara mearce. þanon puest andlangæs beðles broces middespeardes.

Scripta est. hec cartula. Anno ab incarnacione domini nostri Jhesu Christi. DCC. LXXII. Indictione. X. mensis Augusti. die. XV.

✠ Ego Offa Rex Merciorum sicut michi a Deo regnante potestas concessa est. hanc donacionis cartulam propria manu subscribens confirmavi. et signum sanctæ crucis infixi.

✠ Ego Ecberht Rex Cantñ consensi et subscripsi.

✠ Ego Jaenberhtus gratia Dei archiepiscopus subscripsi.

✠ Ego Cyneuulf Rex occidentalium Saxonum hanc donacionem consensi et subscripsi.

[1] þuer, MS.

✠ Ego Eadberhtus episcopus consensi et subscripsi.
✠ Ego Osuualdus episcopus ea quæ michi data sunt subscripsi.
✠ Ego Righeah episcopus consensi.
✠ Ego Diora antistes subscripsi.
✠ Ego Osuualdus dux Suðsax' consensi.
✠ Ego Osmund dux confirmavi.
✠ Ego Ælbuuald dux adquievi.
✠ Ego Oslac dux consensi.

Et hii testes quoque ibi aderant, quorum nomina infra scripta sunt:

Botuuine abbas.

✠ Eata.
✠ Heabercht.
✠ Brorda.
✠ Berhtuuald.
✠ Oesne.
✠ Huithyse.
✠ Baldred.
✠ Bryne.
✠ Stidberht.
✠ Cyne.
✠ Ealdred.
✠ Lulling.
✠ Berht.
✠ Byrnhere.
✠ Tota.
✠ Scira[2].
✠ Æmele prefectus.

Omnes isti consensientes subscripserunt et confirmaverunt.

Þis synd þa land gemæro to byrna. hornan aerest op meospille[1] of ðam pille suþ on þone cumb. of þam cumbe up on hone lytland hæþ feld on pucan pylle. suua suð ⁊ east on ða ealdan rode andlang rode on þa ealdan mearce becan þe stent on east healfe þare rode. on þone deopon cumb on piþig mere. of þam mere to fifpegan ⁊ spa suð to þare readan sihtran andlang riðe on pican glinde. spa suð be eastpardan more od ða hyrnan. spa east on ipedise. spa norð on þone poda. and spa east be ðam puda. ⁊ spa suð to cyllan beorge. of ðam beorge to cyllan pylle. pest andlang streames on þunorslege. ⁊ spa andlang stremes pest abutan þane sealtan merse. ⁊ spa norð to blacan riðe. up andlang riðe to spinhamme. north andlang mores to siferþinge steorfan. ⁊ spa oð ðone norþran fulan ford. ⁊ spa up on þa ealden dic andlang dice. east, and eft on meospylle.[1]

MS. Lambeth 1212, p. [illegible].

[1] Meorspylle, with the r expuncted, MS. [2] I.e., tota scira.

209. *Grant for three lives by King Offa to his thegn Ridda, etc., of land at Euulangeladæ, or Evenlode, co. Worcester, with reversion to the Monastery of Breodun (Worcester).* A.D. 772.

Cuncta regalia sceptra recto justoque moderamine jugiter[1].... salvatore hominum. Ego OFFA Dei prædestinatione rex...rum meorum magisterio edoctus et exemplo roboratus ut ex per.... regni dominio qualemcunque partem quamvis minus dignam pro ab.... peccaminum et pro redemptione animæ meæ; in usus ecclesiasticæ liberalitatis....rem. Ideoque nunc terram octo manentium, hoc est vicum qui nu....ÆT EUULANGELADÆ qui situs est in orientali parte fluvii qui nomina...den pro æterna salute meæ animæ quandoque in futuro dante Deo RIDDAN.... meo ministro in jus ruris ecclesiastici libentissime perdonans concedo: hac t...conditione interposita ut dierum illius termino uxorisque suæ BUCGAN nec non etiam filiæ ejus HEBURGÆ habeant terram illam jure dominationis, et post dierum eorum conclusionem etiam rus prænominatum cum libro descriptionis hujus ad monasterium quod nominatur BREODUN in Huič reddatur. Sunt autem termini ruris illius in orientali plaga et cætera. Condonantium vero et consentientum signa hic infra et nomina sub testimonio majore perscripta notabo.

Ego Offa rex hanc meam munificentiam signo crucis munio.

Ego Eadbertus Dei dono episcopus his dictis consensi et subscripsi.

Ego Berhthunus Christi gratia præsul his causis consensi et subscripsi.

Ego Wermundus humilis antistes his rebus consensi et subscripsi.

Ego Ceolulfus domini misericordia sacerdos consensi et subscripsi.

Ego Deora domino concedente episcopus his negotiis consensi et subscripsi.

Ego Aldberhtus gratia gratuita Christi donante episcopus consensi. et cætera.

Consenserunt et subscripserunt viri præsignati in loco qui nomi-

[1] For the missing passages in this burnt MS., see the following charter.

nari solet plu[rali]ter Godmundes leas libellum istum signatum anno ab incarnatione Christi 772, indictione[1] 13tia.

MS. Cott., Vitellius C. ix, f. 129 (xvith century).

---

210. *Another form of No.* 209.

EULANGELAD[2].

✠ Cuncta regalia sceptra recto justoque moderamine jugiter gubernante[3] pio salvatore hominum. Ego OFFA Dei prædistinatione[4] rex Anglorum seniorum meorum magisterio edoctus 'et exemplo roboratus. ut ex percepto mundani regni dominio qualemcunque partem quamvis minus dignam pro absolutione meorum peccaminum et pro redemptione animæ meæ in usus ecclesiasticæ liberalitatis subrogarem. ideoque nunc[5] terram octo manentium hoc[6] est vicum qui nuncupatur ÆT EULANGELADE[7] qui situs est in orientali parte fluvii qui[8] nominatur BLADEN pro æterna[9] salute meæ animæ quandoque in futuro dante Deo ad monasterium vocabulo ÆT BREODUNE[10] post obitum RIDDAN et uxoris ejus BUGGAN[11] ministri mei. vel filiæ ejus HEABURGE in jus ruris ecclesiastici libentissime perdonans[12] concedo.

Sunt autem termini ruris[13] illius in orientali plaga cenepes[14] moor in australi heortuuelle[15] æt mules hlæpe[16]. in occidentali[17] fluvius ante nominatus[18] bladen in aquilonali Ælfera mere insuper æt cettantreo ad quæ[19] adjacent plurima confinia viculorum.

Condonantium vero et consentientium 'signa infra et nomina sub testimonio majore perscripta. notabo[20].

✠ Ego Offa rex hanc meam munificentiam signum[21] crucis munio.
✠ Ego Eadberhtus episcopus consensi[22].
✠ Ego Berhthun episcopus.

[1] The indiction for A.D. 772 is x, and if written xma in the original charter, may have been erroneously read XIIIa by the scribe of this Cotton MS. and by transposition into Arabic numbers 13. Cf. note to No. 98.

[2] Eoplangelad, B. [3] Moderante, B. [4] Dei præd., omitted, B. [5] Et example .. nunc, omitted, B. [6] Hic, B. [7] Eoplangelade, B. [8] Fluminis quod, B. [9] Æterna, omitted, B. [10] Breodun, B. [11] Buggan, B. [12] Lib. perd., omitted, B. [13] Ruris, omitted, B. [14] Kenepes, B. [15] Heort welle, B. [16] Hlape, B. [17] Plaga, added, B. [18] Prænom., B. [19] Adque, K.; adq', A. B. [20] Nomina infra sub testimonio perscripta notantur, B. [21] Signo, B. K. [22] Consensi, omitted, B.

✠ Ego Deora episcopus.
✠ Signum manus Berhuualdi[1] pr̄.
✠ Ego Uuermund episcopus.
✠ Ego Ealdberht[3] episcopus.
✠ Signum[4] manus Cudd abbatis.
✠ Ego Ceoluulf episcopus.
✠ Ego Botuuine episcopus.
✠ Signum[5] manus Brordan pr̄.

[A.] MS. Cott., Tiberius A. xiii. f. 154.
[B.] MS. Cott., Nero E. 1, f. 391b.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cxx. Boundaries in vol. iii, 380.

---

211. *Grant by Ethelbert, King of the South Saxons, to Diozsa, of land at Wystrings, or Wittering, co. Sussex.*

Carta Ethelberti Regis Sussaxonum de manentibus in Wystringa.

✠ In nomine Dei summi.

Ego ETHELBERTUS rex Sussaxonum, domino regnante imperpetuum, aliquam partem terræ meæ, ad construendum monasterium, DIOZSAN venerabili viro do, pro remedio animæ meæ, decem et octo manentes, in loco qui dicitur WYSTRINGS, cum omnibus ad se pertinentibus, campis, silvis, et piscalibus[6] fluminibus: et ita firmiter et immutabiliter, in potestate præsentis viri Diozsan hæc donatio permaneat, ut nullus post obitum nostrum mutare aut minuere præsumat.

Ego Ethelbertus rex hanc donationem cum propria manu scripsi ✠.
Ego Seffridus episcopus consensi et subscripsi ✠.
Ego[7] Wyghere consensi et subscripsi ✠.
Ego Beoba consensi et subscripsi ✠.
Ego Wyga consensi et subscripsi ✠.
Et ego Diozsan donationis hujus terram. quam mihi Athelbertus rex concessit, in libertate juris mei dilectissimæ sorori meæ donabo etiam cum consensu Ethelberti regis necnon cum consensu venerandi episcopi Seffridi, ut in potestate ejus sit post obitum meum habendi donandique cuicunque voluerit ✠.

1 ✠ Ego Berhtwald sacerdos, B. 2 Presbyteri, K. 3 Aldh., B.
4 This line omitted, B. 5 For this line B. reads:—✠ Ego Cudd abbas. ✠ Ego Brordan princeps.
6 Piscatibus, D. 7 This and the following line omitted, D.

Ego Offa rex hanc donationem manu propria signo et confirmo ✠.

Ego Osenedred[1] regina consensi et subscripsi ✠.

Tunc[2] sequuntur limites in lingua Saxonica in dorso cartæ originalis.

Chichester Cathedral MS. Reg. B. xviii, f. 8. | [D.] Dugd., Mon. Angl., vi, 1167.
[K.] Kemble, Cod. Dipl., No. xx.

---

212. *Grant by Æðelbert, King of the South Saxons, to Bishop Wilfrid, of land at Chichester.*

✠ In nomine Dei summi. Ego ÆÐELBERHTUS rex Australium-Saxonum, domino regnante in perpetuum, aliquam partem terræ juris mei venerabili episcopo UUILFRIDO donabo pro remedio animæ meæ. id est dimidium tributarium in parte australi CICESTRIÆ juxta mare, cum omnibus ad se pertinentibus, campis, pratis, fluminibus, firmiter et immutabiliter permaneat, ut nullus post obitum meum mutare aut minuere præsumat.

✠ Ego Æðelberhtus rex hanc donationem propria manu confixi et subscripsi.

✠ Ego Uuilfridus episcopus consensi et subscripsi.

Chichester Cathedral MS. Reg. A. xviii, f. 17. | Kemble, Cod. Dipl., No. xxi.

---

213. *Grant by Offa, King of the Angles, to Jaenberht, Archbishop of Canterbury, of land at Hehham, or Higham, co. Kent.* A.D. 774.

✠ In nomine Jhesu Christi. salvatoris mundi qui est et qui erat et qui venturus est. per quem reges regunt[3] et dividunt regna terrarum. Sicut dispensator universæ terræ mihi distribuit secundum mensuram suæ propriæ voluntatis ita ejusdem gratia concedente. ego OFFA rex Anglorum dabo et concedo IAENBERHTO[4] archiepiscopo aliquam partem terræ in loco qui dicitur HEH HAM et hujus terræ estimatio. V. aratrorum esse videtur his notissimis confiniis circum cincta. a circio mæd ham. hinc per confinia ac leage. et sic juxta wæter[5] lea. dehinc ad colling. sic per viam quæ ducit ad eohinga burh in terram sancti Andreæ. et sic per confinia mersc tunes. hinc tenditur ad bulan ham. et sic in merc fleot. et hoc predictum donum ad cumulum majoris firmitatis signo sanctæ

[1] *Sic*, MS., probably for Cyneðryð, K. [2] This paragraph omitted, D.
[3] Principes, expuncted, B. [4] Jamb., B. [5] peater, B.

crucis Christi anno dominicæ incarnationis . DCC . LXXIIII . perstrinximus . cum sacerdotibus et senioribus populi more testium subscribendo .

✠ Signum manus Offæ regis supra scripta confirmantis .
✠ Signum manus Iaenberhti[1] archiepiscopi .
✠ Signum manus Cẏnethrẏthe reginæ .
✠ Signum manus Eadberhti episcopi .
✠ Signum manus Aldberhti abbatis .
✠ Signum manus Brordan principis .
✠ Signum manus Berhtuuoldi principis .
✠ Signum manus Bẏrhthuni episcopi .
✠ Signum manus Ceolulfi episcopi .
✠ Signum manus Botuuini abbatis .
✠ Signum manus Ætheluuoldi abbatis .
✠ Signum manus Eadberhti[2] abbatis .
✠ Signum manus Esni[3] .
✠ Signum manus Eadberhti[4] .
✠ Signum manus Eadbaldi ducis .
✠ Signum manus . Boban .
✠ Signum manus Badohardi .
✠ Signum manus Brordani prefecti .
✠ Signum manus Uuigheardi .
✠ Signum manus Ciani .
✠ Signum manus Folcberhti abbatis .
✠ Signum manus Hearedi .
✠ Signum manus Suithuni .

Endorsed in a hand of the 11*th cent.*, " boc to hēh ham :—"; *in one of the* 12*th cent.* " . Offa Rex dedit heah ham Ianberto archiepiscopo . latine ."; *and in one of the* 13*th cent.*, " Archiepiscopi."

[A.] Original Charter in British Museum, MS. Cott., Augustus II, 99.
B. M. *Facs.* iv, 4.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CXXI ; from [A.]
[B.] MS. Lamb. 1212, p. 400.

---

214. *Grant by Offa, King of the whole of the Angles, to Archbishop Jaenbert, of land at Hlid, or Lydd, in the district of Merscuuare, co. Kent.* A.D. 774.

✠ In nomine Jhesu salvatoris mundi qui est et qui erat et qui venturus est . per quem reges regunt et dividunt regna terrarum . Sicut dispensator universæ terræ mihi distribuit secundum men-

[1] Jamb., B. [2] Eatb., B. (this is placed before the line above it). [3] Esni, B. [4] Headb., B. The latter names somewhat out of order, B.

suram suæ propriæ voluntatis ita ejusdem gratia concedente. Ego OFFA rex totius Anglorum patriæ dabo et concedo IAENBERTO[1] archiepiscopo ad æcclesiam Christi aliquam partem terræ trium aratrorum. quod Cantianice dicitur threora sulunga[2] in occidentali parte regionis quæ dicitur MERSCUUARE. ubi nominatur ad HLIDUM.

Et hujus terræ sunt hæc territoria[3]. mare in oriente et aquilone. et ab austro terra regis aduui. ubi nominant denge mersc[4] usque in lapidem adpositum in ultimo terræ. et in occidente et aquilone confinia regis ad bleccing[5].

Et hoc prædictum donum in perpetuum largitum qui averterit[6] a possessione æcclesiæ Christi avertat a se Christus misericordiam suam. manente hâc cartula nihilominus in sua firmitate. Ad cujus cumulum firmitatis signum sanctæ crucis Christi anno dominicæ incarnationis. DCCLXX^mo IIII. inpressimus cum sacerdotibus et senioribus populi more testium subscribendo.

✠ Signum manus Offæ regis suprascripta confirmantis[7].
✠ Signum manus Iaenberhti[8] archiepiscopi. ✠ Signum manus Byrhthuni episcopi.
✠ Signum manus Cynethrythe reginæ. ✠ Signum manus Ceolulfi episcopi.
✠ Signum manus Eadberhti episcopi. ✠ Signum manus Botuuini abbatis.
✠ Signum manus Aldberhti abbatis. ✠ Signum manus Atheluuoldi abbatis.
✠ Signum manus Brordan principis. ✠ Signum manus Aldberhti abbatis.
✠ Signum manus Berhtuuoldi principis. ✠ Signum manus Esni[9].
✠ Signum manus Eadbaldi ducis. ✠ Signum manus Eadberhti.
✠ Signum manus Brordan prefecti. ✠ Signum manus Boban.
✠ Signum manus Folcberhti abbatis. ✠ Signum manus Badohardi.
✠ Signum manus Uuigheardi. ✠ Signum manus Cian.
✠ Signum manus Hearedi.

[1] Jaenberhto, B. [2] Thre sulingr, K. [3] The following boundaries omitted, K. [4] Merc, B. [5] Bleccing, B. [6] Avertant, B. [7] Confirmans, K. [8] Jamberti, B. K.; B. ends here with "et cetera. ut supra in proximo. de verbo in verbum", referring to the previous No. 213 [9] Apparently at first denig.

✠ Signum manus Suithhuni[1].

Endorsed:—"To Hlidum"; "Offa Rex dedit Iāberto archiepiscopo et ecclesiæ Christi terram trium aratrorum on hlidum"; *and* "Lyden in marisco de Romenal", etc.

[A.] Original Charter in the British Museum; Ashburnham (Stowe), No. 3.
[B.] MS. Lamb. 1212, p. 401.
[C.] Reg. C. C. Cantuar. C. v, f. 9; and A. 1, f. 189.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CXXII; from [C.]

This charter closely resembles the preceding document.

---

215. *Grant by King Offa to the Monks of Christ Church, Canterbury, of land in Hlide, or Lydd, co. Kent.* A.D. 774.

LIDE.

Anno dominicæ Incarnationis . DCCLXXIIII .

Ego OFFA Rex concedo partem terræ in marisco . ubi dicitur HLIDE . ad opus familiæ Christi id est monachorum . qui in ecclesia Christi quæ sita est in DOROBERNIA civitate JAMBERTO archiepiscopo ejusdem civitatis rogante pro salute animæ meæ liberam ab omni seculari servicio . et fiscali tributo . exceptis expedicione . arcis constructione et pontis . Siquis huic donacioni nostræ contradixerit: perpetuo anathemate subjaceat .

MS. Lamb. 1212, p. 310.

---

216. *Grant by Offa, King of the Angles, to the cathedral church of Worcester, of land at Readanhora. February,* A.D. 774.

DE READANHORAN.

✠ In nomine sanctæ Trinitatis . Ait enim apostolus . "Nichil intulimus in hunc mundum . nec auferre quid possumus" . et beatus Job . "Nudus egressus sum ex utero matris et nudus revertar in terram"[2] . Quapropter ego OFFA rex Anglorum brevitatem vitæ ejus considerans . et quod cum his caducis mercanda esse æterna polorum regna . rogatus a venerabili episcopo MILREDO . terram . XL . cassatorum . in loco qui nuncupatur READANORAN . ad æcclesiam beati Petri apostolorum principis in ƿIGERNA civitate .

[1] K. reads these subscriptions as follows:—✠ Signum manus Iamberti archiepiscopi. ✠ Signum manus Kenedrithe reginæ. ✠ Signa manuum Byrhthuni . Ceolulphi . Edberti episcoporum ; Botuuini . Aldberti . Aðeluuoldi . Aldberhti . Folcberhti abbatum ; Brordan Berhtuuoldi principum ; Edbaldi ducis . Brordan præfecti ; Esny . Edberhti . Boban . Badohardi . Cyan . Haredi . Suuithuni .

[2] Job i, 21.

in jus proprium libentissime concedens . possidendum donabo . Sit autem terra illa libera ab omni seculari[1] rei negotio . præter pontis . arcisve restaurationem . et contra hostes communem expeditionem .

Si quis autem hanc donationem meam cum bona voluntate in omnibus custodire conaverit . sciat se in cœlestibus habere consortium cum Deo et angelis ejus . et si aliquis convertere hoc voluerit et ad malam servitutem vel ergastulum mutare voluerit . sciat se separatum a consortio omnium sanctorum Dei in cœlis . et cum diabolo et angelis ejus sine fine in perpetuum dampnatum . nisi ante hic Deo et hominibus cum satisfactione emendaverit .

Hic sunt termini præfati ruris . Andlang englunga dene spa pæter pile yrnan in hæþenan byrigels a be pyrtpalan in barfodslæd and spa on timberslæd in stepacnolles scydd on hanslædes heafdan ꝥ innan grenan peg þanon innan healde mæres hlinc in stanora lege ꝥ in stanmeres hlinc on catedenes heafdan ꝥ in holemeres hlinc innan stanbeorh ⁊ spa in smalan æsc in þonne mapultre on pest healf assundene from þam mapoltre in edles pyt ꝥ in dragmæres hlinc spa in rugapic in deopan hamsteale on hremhryc ꝥ in þone fulan slo to sigordene spa in badan dene in clacces padlond and spa into lufan mere þær ut on þæne feld on grottes graf ꝥ in ceorla pytte to þære fleotan ꝥ on crapan þorn on þonne hæð on hpeolriðig spa on morpyt on senthylle in hroppan broc a be broce on þa caldan dic ꝥ on crypsan hylle on scyttan mere ꝥ on scyttan dune spa on smalan broc to Cnihtabryge ⁊ spa to pinecalea on þæne hæþena byregels in colnaran.

Peracta est autem hæc donatio in mense Februario . indictione XII . anno vero ab incarnatione Christi DCCLVIII . Et isti testes consenserunt .

✠ Ego Offa rex hanc meam munificentiam signo crucis munio .
✠ Ego Cyneðryð regina .
✠ Ego Ianbertus archiepiscopus .
✠ Ego Tilherus episcopus.
✠ Ego Brordan dux .
✠ Ego Eadberhtus episcopus .
✠ Ego Ceoluulfus episcopus .
✠ Ego Eadbald dux .
✠ Ego Eallmu[n]d dux .

[A.] MS. Cott . Tiberius A. xiii, f. 197. | Heming. Chartul., p. 462.
[K.] Kemble, Cod. Dipl , No. cxxiii. Boundaries in vol. iii, 390.

[1] Secularis, K., Hem.

217. *Grant by Milred, Bishop of Worcester, to Æðelburga, the Abbess, of land at Wudiandun, or Withington, co. Gloucester.* A.D. 774.

ƿUDIAN DUN.

✠ Domino et salvatore nostro perpetualiter regnanti. Ego MILREDUS Christi tribuente gratia humilis Huicciorum episcopus terram monasterii quod nominatur UUIDIANDUN. quod situm est in occidentali parte fluvii qui dicitur TILLNOÐ. XXI. manentia. quam videlicet terram OSHERE subregulus Huicciorum DUNNAN famulæ Dei ut esset juris ecclesiastici tradidit. consentiente Æðelredo regi Marcionum. Illa autem præfatam terram post se reliquid possidendam filiæ filiæ suæ[1]. HROÐUUARE. scilicet abbatissæ. cum conscientia. atque licentia. Egcuuini reverentissimi episcopi. at illa prædicta Hroðuuara abbatissa mihi in jus propriæ libertatis atque possessionis largitus[2] est. Nunc ergo cum licentia servorum Dei. qui sub meo regimine Dei providentia constituuntur. libenter ÆÐELBURGE honorabili abbatissæ. filiæ Ælfredi eam trado. ita tamen ut ipsa vivente habeat et possideat. et post obitum ejus ad æcclesiam beati Petri principis apostolorum. quæ sita est in UUEOGERNA civitate ubi et pontificalis cathedra Huicciorum constituitur pro æterna redemptione animæ meæ iterum reddat.

Hæc cartula scripta est anno ab incarnatione Christi. DCC. LXX. IIII. indictione XII. his testibus confirmantibus:

✠ Ego Milred. episcopus hanc meam donationem signo crucis confirmabo. ea contradictione[3] ut illa Æþelburh illud monasterium æt Uueogernacestre cum omnibus bonis quæ ibi sunt post diem ejus ad Uueogernensem quoque reddat æcclesiam. sicut præceptum erat patris ejus Ælfredi.

[A.] MS. Cott., Tiberius A. xiii, f. 154.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.* No. cxxiv; from [A.]
[H.] Heming, *Chartul.*, pp. 54, 468.
Dugd., *Mon. Angl.*, i, 588.
See No. 156.

[1] Filiæ, omitted, K. H. [2] Largita, K. [3] Conditione, K. H.

218. *Grant by Aldred (of the Huiccas) to Beornheard the Earl, of land at Huntenatun, or Hamtona, ? Hampton, co. Worcester.* A.D. 757 × 775.

HUNTENATUN[1].

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi mundi salvatoris. Nihil intulimus in hunc mundum verum nec auferre quid possumus. Idcirco terrenis et caducis cælestis patriæ præmia mercanda sunt.

Qua de re ego ALDRED cum consensu et licentia Offani regis Merciorum et Uhtredi germani mei. pro redemptione animæ meæ et pro spe salutis æternæ. Terram trium cassatorum in loco qui dicitur HUNTENA TUN. cum omnibus sibi adjacentibus rebus et rectis hiis omnibus in silvis in campo BEORNHEARDO comita meo digno prætio insuper ab eo suscepto in jus proprium libenter pro domino largitus sum.

Si autem quod absit quis avaritiæ spiritu infectus hanc donationem. quam cum conscientia et promissu[2] Offani regis Merciorum et Uhtredi fratris mei [feci.][3] minuere temptaverit. ponet Deus partem ejus cum Juda infideli traditore. Si autem quis benivolo animo instinctus augere voluerit. augeat Deus partem illius in paradiso. cum fideli latrone qui meruit audire. "Hodie mecum eris in paradiso". Signa autem et nomen consentientibus et conscribentibus hic infra adnotabo.

✠ Ego Offa Dei gratia rex Merciorum hanc donationem consentiendo describo.
✠ Ego Milred episcopus consensi et subscripsi.
✠ Ego Uhtred consensi.
✠ Ego Eada consensi et subscripsi.
✠ Ego Aldred hanc meam donationem confirmando subscripsi.
✠ Ego Brorda consensi. ✠ Berhtpald. ✠ Tilbere ablias. ✠ Cusa. ✠ Hunta. ✠ Broga. ✠ Headda. ✠ Cæc. ✠ Æðelmund. ✠ Eadgar.

[A.] MS. Cott., Tiberius A. xiii, f. 81A. | [K.] Kemble, Cod. Dipl. No. cxxv.

[1] On the margin; and lower down, in a later hand, HAMTONA, A.; ? Huntington, co. Heref., K. vi, 304. [2] Perm., K. [3] Added, K.

219. *Grant by Offa, King of the Mercians, to Milred, Bishop of Worcester, of land at Uuican, or Wick-Episcopi, co. Worcester.* A.D. 757 x 775.

AD WIKAN[1].

✠ Omnibus patet fidelibus quod hic[2] non habemus manentem civitatem ⁝ juxta gloriosi doctoris gentium Pauli vocem . quoniam per momentanea succedentium temporum curricula et carnis fragilitatem . omnia labentis vitæ subsistentia festinare videntur ad finem .

Propterea ego OFFA . rex Merciorum divinæ misericordia gratiæ⁝ pro adquirenda deificæ remunerationis requie ⁝ animæque meæ remedio et salute ⁝ et meorum facinorum relevatione . terram cum finibus suis quæ pertinet ad villam quæ vocatur WICAN sitam in occidentali parte SÆFERNE regio[3] utens potestate dono libertati ⁝ et MILDREDE pontifici perpetua hæreditate trado in possessionem juris æcclesiastici . ad laudem et gloriam et honorem altissimi Dei omniumque sanctorum nunc et omni tempore sæculi .

Si quis ergo hanc nostræ donationis elemosinam minuere voluerit et delere ⁝ auferatur et deleatur memoria ejus de libro vitæ . et cum Juda Christi traditore crematur æterna combustione . et Annania et Saphira sentiat iram ultionis divinæ . nisi in præsenti vita emendaverit condigna satisfactione . ; .

Hæc enim sunt nomina finium terrarum ad supradictam villam adjacentium . ; . Primus de Tamede muthan recto cursu in Oswynna bæce . deinde in Wuda mor . sic extenditur in Wætansic . sic statim in locum quæ dicuntur bakas . proinde in veterem vallem . de illa valle usque in Secmæres oran . sic recto cursu in pulles camp . sic in longum usque ad thorn brycge . inde quoque in Kaderapull . de Caderapulle in Becha brycge . de hoc ad introitum hypes mor . de ipsa more in Coforet broc . in illam hagan . post illud ad tumulum vocitatum kett . ex kette usque ad monticulos . ex inde vero in Lawern . sic usque ad átsice . post usque ad quercum quæ nuncupatur scíp ác . inde autem ad locum dictum greatan æspan . et ex eo loco ad breadan sloh . deinde vero ad alios monticulos . postea vero ad viam quæ dicitur fif ác . recto itinere ad easdem fif ác proinde autem ad threom gemæran . et ex illo loco recta occidentis semita in illam dic . sicque protenditur in kyllan hrygc . Deinde in Syllweg . sic extenditur in hæthihtan leahge . et ita in fulan sloh . post hinc supra buttingc graf . in locum dictum écles-

[1] And on margin, Wike, A. [2] A blank space here, A. [3] Regia, K.

broc. qui terminus ádjacet in'doferic usque ad sæferne; quod transit in ore Temede . ;.

Ðis synd þa land ge mæra into pican . Ærest of temede ge myðan and lang temede in pynnabæces ge mýðan . of pynna bæce in puda mor . of puda more in pætan sice . of þam pætan sice in þa bakas . ⁊ of þam bakan in þa ealdan dic . of ðære ealdan dic in secges mere . ⁊ of secges mere in þes pulles heafod . andlong to þornbrycge . of þornbrycege in kadera pull . of kadera pulle in beka brycge . of becha brycge in forepardan hipes mor . of þam more innon coforð broc . of þam broke innon þone hagan . æfter þam hagan innon kett . of kette in þa hlapas of þam hlapan in Lapern . of Laperne in ꝥ átsic . ⁊ æfter 'þam' sice . innon þa scip ác . ⁊ of þære scip ac in þa gratan æspan . ⁊ spa in ꝥ hreade sloh . of þam slo innon þa hlapas . ⁊ of þam hlapan in fif acana peg . ⁊ æfter þam pege innon þa fif æcc . of þam acan innon ðrim gemæran . of þrim gemæran in lacge burnan . of ðære burnan to mila stane . of þam stane on þa haran apeltreo . of þære apeltreo innon doferic . æfter doferice in sæferne ⁊ andlang sæferne in temede muðan . ;.

[A.] MS. Cott., Tiberius A. xiii, f. 34A. | [K.] Kemble. Cod. Dipl., No. cxxvi; from [A.]. Boundaries in vol. iii, p. 381.

220. *Grant by Ceolfrith, the Abbot, to Worcester Cathedral, of land at Heanburh, or Hanbury, and Sture, co. Worcester.* A.D. 757 × 775.

HEANBURH[1].

✠ In nomine domini Jhesu . Spe enim salvi facti sumus . spes autem quæ videtur non est spes . et quæ non videmus per patientiam expectamus quia æterna sunt.

Ideoque ego CEOLFRIÐUS abbas dono Dei jure paterno ereditario dono terram meam et hereditatem patris mei Cyneberhti pro redemptione animarum nostrarum ad æcclesiam beati Petri apostoli et ad sedem episcopalem in UUIGRINNANCEASTRE cui nunc praeest venerabilis episcopus MILREDUS cum consensu et licentia Offani regis Merciorum et principum ejus et testium quorum infra inseruntur nomina. Est autem terræ locus celebre[2] . qui dicitur HEANB'U[3] . XX . manentium et in provincia Usmerorum . quod[4] nominatur æt STURE . XIIII . cassatos habens .

[1] And Hanbiri, lower down on the margin, A. [2] Celebris, K. [3] -burh, K. [4] Qui, K.

Si quis autem quod absit ex parentela mea vel externorum malivola mente et maligno spiritu instigatus hujus donationis nostræ munificentiam infringere nititur et contraire. Sciat se in die tremendo coram summo Deo rationem redditurum.

✠ Ego Offa rex Mercensium donum et datum Ceolfriði abbatis consentiendo subscribo.
✠ Ego Milred signum crucis infixi.
✠ Ego Aldred subscripsi.
✠ Ego Uhtred subregulus consensi et subscripsi.
✠ Ego Eadbald præfectus et princeps Offæ regis consensi.

[A.] MS. Cott., Tiberius A. xiii, f. 52b | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.* No. cxxvii.

---

221. *Grant by Offa, King of the Mercians, to Milred, Bishop of Worcester, of land at Pirigtun, or Pirton. 2nd February,* A.D. 766.[1]

DE PIRITVNE[2].

✠[3] "In[4] principio" secundum Geneseos "fecit Deus cœlum et terram". Cœlum videlicet cœli domino constituens. terram autem dedit Adam de qua factus est. iterumque[5] in eam reversus: ipsius fabricatoris testimonio patet. ad eum dicentis. "Terra[6] es. et in terram ibis. pulvis es. et in pulverem reverteris". Divisitque terram in filios. ac nepotes eorum[7]. per innumera sæculorum latercula. Novissime quoque nobis secundum apostolum in quos fines sæculorum devenerunt. aliquam portionem regendam sua prædestinatione commendavit.

Qua propter ego OFFA rex Merciorum. imitatus antecessorum meorum exempla. ut ex mortali regno quod citius constat finiendum[8]. regnum immortale[9] finemque[10] nesciens. ubi justorum animæ simul cum angelis juncte fulgent in gloria. coram altithrono Deo deorum. facilius consequi. et optinere valeam. atque. ex erogatione talenti michi crediti. aliquid domino meo lucri proferrem. ideo partem aliquam agelli pro remedio animæ meæ[11]. fruendum

[1] The date of Jaenberht's consecration, *Stubbs, Reg. Sac.*; A.D. 765 × 775, K. See p. 310, n. 7. [2] Into Oxena forda scire, title; and on margin, Pyrig tun Offa gæf into pirecastre, B. Pirton, co. Oxf., is in the eastern part of that county; Pirton, co. Worc., five miles S.E. of Worcester. [3] ✠, B. [4] Gen. i, 1. [5] Et iterum, B. [6] Gen. iii, 19. [7] Ejus, B. [8] Finiri, B. [9] Inmortale, B. [10] Et finem, B. [11] Proque insatiabili contemplatione regis superni, added, B.

viro honorabili MILREDO Huuicciorum[1] antistiti[2] in proprium dominium regia utens potestate libertissime largitus sum . id est . quinquies bina manentia . in loco qui proprio nuncupatur vocabulo PIRIGTUN[3] . cum omnibus ad se rite pertinentibus . ut eo vivente bene utens possideat . et post evoluto calculo momentanei cursus dierum illius . cuicunque voluerit hominum rato hereditario relinquat possidendam .

✠ Hanc quoque donationem[4] Ego Offa rex Merciorum confirmo[5] .
✠ Ego Iamberht[6] archiepiscopus[7] .
✠ Ego Eadberht episcopus .
✠ Ego Kineheard[8] episcopus .
✠ Ego Ecgulf . episcopus .
✠ Ego Huuithyse[9] .
✠ Ego Cinmann[10] .
✠ Ego Brordan .
✠ Ego Eatan .
✠ Ego Brihtpald .
✠ Ego Esne .

[A.] MS. Cott., Tiberius A. xiii, f. 174.
[B.] MS. Cott., Tiberius A. xiii, f. 28.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cxxix.

---

222. *Grant by Offa, King of the Mercians, to Evesham Abbey, of lands at Drilesford, or Daylesford, etc., co. Worcester.* A.D. 777.

OFFA.

✠ Cum ante oculos superni judicis cuncta perspicaciter oculis suæ potentiæ cernentis sistamus . ejusque portemus imaginem qui nos in crucis robore suo preciosissimo redemit cruore . et paradisi reseravit ingressum . sua mirifica ascensione . magna nobis est necessitas bonis insudare operibus . dum adhuc hic corpore vivimus . menteque sedula celestis regni anhelare alodem . ne cum venerit meritorum justus discussor quid in nobis repperiat noxium unde

[1] Huicc., B. [2] Antestite, B. [3] Pyrigtun, B. [4] Prædicti ruris, added, B. [5] Cum consensu meorum episcop(or)um omniumque principum per signum venerabile crucis muniens munio, B. [6] Dei prædestinatione, added, B. [7] Archiepiscopi, with last "i" expuncted, and, die ordinationis meæ cum episcopis mihi manum imponentium huic donationi consentiens signum crucis infixi, added, B. [8] Cyneheard, B. K. [9] Huithyse consensi, B. [10] Cynman, B., and ends here.

dampnemur . sed magis ipsius allubescente clementia placitum unde[1] coronemur beatarum adunati animarum cuneis .

Quapropter ego OFFA filius Thingfrith . Deo concedente rex Merciorum pro redemptione animæ meæ et prædecessorum meorum . ecclesiæ beatæ Mariæ in EOUESHAM et monachis ibidem Deo servientibus . ex una parte fluvii quæ Bladene vocatur . DEILESFORD . Eunelade . Ceasteltone . Cornwelle . Saltford . Deorneford . Siptone . animo libenti tradens donavi . Sit itaque hæc prædicta donatio ab omni jugo exosæ servitutis libera imperpetuum . cum omnibus utensilibus ad se rite pertinentibus . tribus exceptis . expeditione . pontis . arcisve constructione .

Qui autem hoc nostræ munificentiæ donum dapsili mente augere voluerit ! adaugeat illi pius Deus gaudia semper mansura . Si quis vero quod absit béémotico instinctu tempore succedenti hoc infringere mente subdola per aliqua machinamenta permutare conatus fuerit ! noscat se tali pro reatu a numero secerni beatorum . et æternis deputari herebi flammis . cum Herode Christi insecutore nequissimo ejusque complicibus quorum vermis[2] mordax . et ignis fumificus . nunquam per sæcula cessat . nisi ante obitum congrua aboleverit penitentia . quod audacter egit contra nostra decreta .

Facta est autem hæc cartula anno dominicæ incarnationis . DCC° . LXX° . VII° . his testibus consentientibus quorum nomina infra scripta videntur .

✠ Ego Offa rex Merciorum hanc donationem propria manu confirmavi .
✠ Ego Hymbert archiepiscopus consensi .
✠ Ego Dorulf episcopus consensi .
✠ Ego Kineswiða regina consensi .
✠ Ego Cheulf . episcopus subscripsi .

[A.] MS. Harl. 3763, f. 61.
[B.] MS. Reg. C. C. Cantuar. A. i, f. 198.
[C.] MS. Reg. C. C. Cantuar. C. v, f. 7.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cxxx.

---

223. *Grant by Offa, King of the Mercians, to Aldred, Subregulus of the Huiccii, of land at Secgesbearuue, or Sedgeberrow, co. Worcester, with grant of the same by Aldred to Worcester.* A.D. (778, *for*) 777.

DE SECGESBERVVE[3]

✠[4] In nomine domini nostri Jhesu Christi . Summo quidem mentis proposito unicuique pensandum est et cogitandum . quati-

[1] Ub, A.; unum, K.
[2] Cf. Marc. ix, 43, 45, 47.
[3] Only in B.
[4] ✠, B.

nus ut cum hujus sæculi caducis ac labentibus rebus mansura æternitatis præmia adipiscat.

Quapropter ego OFFA Dei dono rex Marciorum de animæ meæ æterno remedio cogitans certissime sciens mihi in futuro multum prodesse quicquid de donis et de rebus propriis quibus meam parvitatem pius omnium bonorum largitor ditare dignatus est Christi ecclesiis inpertirem. Unde subregulo meo ALDREDO videlicet duce propriæ gentis Huicciorum aliquam[1] terræ portionem pro domino libenter donans attribuo Id est viculus qui nuncupatur æt SEGCESBEARUUE[2]. IIII. mansiones qui situs est in australi occidentalique parte torrentis qui vocatur ESEGBURNA. Sunt hi termini agelli istius ab oriente gemaere ford a meridie thornhyrst ab occasu stanbergas ab aquilone ruanberg ea duntaxat conditione donabo illi ut se vivente habeat et cuicunque voluerit post se libera utens potestate jure ecclesiastico possidendam relinquat. Testium ergo et consentientium episcoporum ac principum meorum signa et nomina pro firmitatis stabilimento hic infra notabo.

✠ Hanc meæ donationis munificentiam ego Offa Christi gratia rex vexillo crucis munio.
✠ Ego Eadberhtus Dei gratia episcopus consensi et subscripsi.
✠ Ego Berhthunus supplex episcopus consensi et subscripsi.
✠ Ego Tilherus humilis antistes consensi et subscripsi.
✠ Ego[3] Ceolulfus sacerdos Dei consensi et subscripsi.
✠ Ego Aldberhtus electus pontifex consensi et subscripsi.
✠ Ego[3] Botuuine abbas consensi et subscripsi.
✠ Signum manus Cusani abbatis.
✠ Signum manus Credan abbatis.
✠ Signum manus Uuillan abbatis.
✠ Signum manus Tilberhti abbatis.
✠ Signum manus Bacolan abbatis.
✠ Signum manus Guðheardi abbatis.
✠ Signum manus Brordan principis.
✠ Signum manus Eadbaldi principis.
✠ Signum manus Berhtuualdi principis.
✠ Signum manus Esnes principis.
✠ Signum manus Ceolberhti principis.
✠ Signum manus Eadbaldi principis.

[1] Aliquem, B. [2] Segcesbearuue, B. [3] Ego, omitted, K.

Nunc ergo ego ALDREDUS domino dispensante HUICCIORUM regulus terram præscribtam[1] et manu testium subsignatam quam mihi OFFA rex pro remedio animæ suæ jure ecclesiastico possidendam tradidit libente[2] pro domino omnipotenti et pro remedio animæ meæ ad ecclesiam beatæ Mariæ genetricis Dei et domini nostri Jhesu Christi . quæ sita est in ƿEOGORNA[3] civitate [largitus sum][4] . et hoc cum subscriptione principum meorum muniendo munio .

✠ Ego Aldredus regulus Huicciorum propriam meam donationem signo crucis notavi .
✠ Signum manus Cyneberhti præfecti .
✠ Signum manus Cudredi præfecti .
✠ Signum manus Uuales præfecti .

Scriptum est hoc anno ab incarnatione Christi . DCCLXXVIII° . Indictione . XV . anno decen . XVIII . lun. . XV .

Endorsed :—" To secgesbearepe . Offa cyng."

[A.] MS. Harl. 4660, f. 9.
[B.] MS. Cott., Tiberius A. xiii, f. 177.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.* No. cxxxi.

---

224. *Grant by King Cynewulf to Æthelmod, Bishop of Sherborne, of land at Lim, or Lyme, co. Dorset, for a salt-pan.* A.D. 774 (? for 778).

Carta I . hidæ apud Lim .

Regnanti in perpetuum domino nostro Jhesu Christo et hoc seculum justo moderamine dispensanti . cuncta tamen fugitivæ tempora vitæ et omnes prosperitates seculi hujus adversis causis misceri cernimus , velocissimoque cursu hæc relinquentia ad futura festinant .

Quapropter ego CYNEWULFUS rex venerabilis episcopi mei exortationibus ÆTHELMODI instructus saluberrimus , Sciréburnensi ecclesiæ unius mansionis terram ad elemosinam diurnam pro expiatione peccaminum meorum condonare dignatus sum juxta occidentalem ripam fluminis illius quod vulgo LIM vocatum est . Haut procul a loco ubi meatus sui cursum in mare mergit , quatinus illic præfatæ ecclesiæ sal conqueretur ad sustentationem multiformæ necessitatis , sive in condimentum ciborum , sive etiam

[1] Preacriptam, B. [2] Libenter, K. [3] Uuegerna, B. [4] Largitus sum, B.; added, K.; omitted, A.

ut in divinis officiorum usibus haberetur et quibus cotidie Christianæ religionis causa multipliciter[1] indigemus.

Si quis autem hanc donationem augere et amplificare voluerit augeat dominus locum ejus in terra viventium. Scripta est autem hæc cartula anno incarnationis domini nostri Jhesu Christi DCCLXXIIII. consentientibus patriciis et principibus meis quorum nomina infra tenentur asscripta.

✠ Ego Cynewulf rex prædictam agelli portionem subscribens sic signo crucis Christi confirmo.

✠ Ego Æthelnodus servus servorum Dei hanc largitionem signo crucis roboravi.

✠ Signum manus Scilling. ✠ Signum manus Æthelnoth.

✠ Signum manus Hemele. ✠ Signum manus Æthelmund.

✠ Signum manus Cærdic. ✠ Signum manus Wigferth.

✠ Signum manus Ecgbaldi episcopi hanc munificentiam consentientis.

MS. Phillipps, *Registr. Abingdon.*, f. 11b. (Hardy.)

---

225. *Grant by Cynewulf, King of the Saxons, to Bica, Earl, of land at Bedewinde, or Bedwyn, co. Wilts.* A.D. 778.

✠ Hoc signum suprascriptum sacrosanctæ crucis Christi in nomine sanctæ trinitatis. ego CYNEWULF rex Saxonum propria manu expressi. ad confirmandam donationem munificentiæ meæ quam dedi. BICAN. comiti meo ac ministro. Donavi enim ei pro expiatione piaculorum meorum ...... no terram in modum. XIII. man[entium]. Ita ut in proprio possideat perpetualiter....... commutandi donandi vendendi cum omnibus quæ...... linquendi cuicumque voluerit heredi...... te...... sio in loco qui dicitur. BEDEWINDE. incola... ipsius curtem...... erra tuun. terminisque. istis agellus ipse. XIII. manen[tium]. me..... ab oriente vallem vocatem. cymenes denu. et sic in longum 'vergens[2]..... nes geat et sic in affricum vergens in longum illius septi tendit ad. peadan stigele deinde per iddem sept[um]. in filidleage. australem partem inde in longum præ-

[1] *Sic*, multiplicetur (?) [2] Illius vallem[ad], K.

dicti septi in quoddam vallu[1] in . harandene . sicque . per hoc vallum pertingit ad illum agellum qui dicitur . tatan edisc . et sic per occidentalem plagam ejusdem agelli jacet in illos tumulos .... torum . deinde in . bedewindan . et sic in longum illius spineti in horselget . et continuo .... rames[2] dene geate . et extenso tramite ejusdem septi . to holhrygc gete . et eodem septo to hadfeld geate . et eodem septo to baggan gete . et sic in illud septum . to bradan leage . transitque . illo septo bradanleage intrans in . standene . et in longum ejus in quoddam vallum ejusque . valli serie in . puttan . . ealh . et sic in longum aggeris to bulcan pytte . indeque . in longum vallis et sic emenso spatio stratae in quoddam petrosum clivum . et ex eo . baldwines healh . appro[3] .... supremum . sic[4] . . . quoddam vallum . ejusque . tramite progressum in illum vallem [ab] austro . bulcan pyttes . sicque . in longum valli progressa in illa antiqua monumenta in locum ubi a ruricolis dicitur . æt ðam holen stypbum . sicque ad illos gabulos . in longum gemærweges . to wadbeorge . sicque . of wadbeorge in illum fontem[5] qui dicitur forsca burna . et ejus ex alveo intrat bedewindan . indeque [it]em[6] in cymene[sdene] .

Acta ..... hæc . . . scripta anno ab incar'n'[a]tione Christi . DCCLXXVIII . indictione I [his] consentien[tibus u]na mecum episcopis ac principibus meis quorum nomina subter designantur . Si quis vero regum aut principum hanc donationem nostram infringere temptaverit sciat se in tremendo vivorum ac mortuorum examine rationem redditurum .

✠ Ego Aðelmodus episcopus subscripsi .
✠ Ego Egcbaldus[7] episcopus consent' et subscripsi .
✠ Signum manus Scillinges .... fecti .
✠ Signum manus Ham .... prefecti .
✠ Signum manus Æðelnoðes prefecti .
✠ Signum manus Ceolbrehtes prefecti .
✠ Signum manus Æðelmundes prefecti .
✠ Signum manus .... ferdes[8] perfecti .
✠ Signum Fadol[9] comitis regis .

[A.] Brit. Mus., Cotton Charter viii, 4.
[B.] Brit. Mus., *Facs.*, ii, 3.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cxxxiii. Boundaries in vol. iii, p. 388.

[1] Vallu', K. [2] ...linames, K. [3] Appetit, K. [4] Sic in, K. [5] Montem, K. [6] Item, K.; idem, B. [7] Ecglaldus, K. [8] Wigferðes, K.; ... serdes, B. [9] Fæder, K.

226. *Grant by Offa, King of the Angles, to Worcester Monastery, of land at Ductun, or Doughton, and Esig, co. Gloucester.* A.D. 775 × 778.

DUCTUN ⁊ ESEG[1].

✠[2] Cuncta regalia sceptra recto justoque moderamine jugiter gubernante pio salvatore hominum . Ego OFFA Dei prædestinatione rex Anglorum seniorum meorum magisterio edoctus et exemplo roboratus ut ex percepto mundanis regni dominio qualemcunque partem quamvis minus dignam pro absolutione meorum peccaminum ! et pro redemptione animæ meæ . in usus æcclesiasticæ liber'ali'tatis[3] subrogarem . Ideoque nunc terram . V . manentium hoc est vicum qui nuncupatur . ÆT DUCTUNE[4] . et . V . ÆT ESIG . pro æterna salute meæ animæ quandoque in futuro dante Deo ad monasterium sanctæ Mariæ vocabulo ƿEOGERNA CEASTRE . In jus ruris æcclesiastici libentissime perdonans concedo .

Sunt hi termini ruris illius . ærest of pinterburnan into mæg þan pyllan . of mæg þan pyllan on puttan crundell[5]. of puttan crundelle on bradan beorh . of bradan beorge on þone ellen stub . of þam[6] ellen stubbe on þone yfemestan[7] hangran. þurh yfemestan[8] hangran . on hris peg[9]. of hris pege[10] adune to þære dene andlang þære dene to agan stane . of agan stane on mærpeg . andlang mær peges on pumere . of pumere on bedepillan[11] . of bedepellan suðrihte on pinterburnan .

Condonantium vero et consentientium signa hic infra et nomina sub testimonio majore perscripta notabo .

✠ Ego Offa rex hanc meam munificentiam signum[12] crucis munio .
✠ Ego Eadberhtus[13] episcopis .
✠ Ego Berhtun[14] episcopus .
✠ Ego ƿermund episcopus .
✠ Ego Ceolpulf episcopus .
✠ Ego Cudd abbas .
✠ Ego Diera episcopus.[15]
✠ Ego Aldberht episcopus .

[1] De Ductune et de Esige, B. [2] ✠. B. [3] Libertatis, B. [4] Ductun, B. K. [5] Crundel, B. [6] þan, B. [7] Ufemestan, B. [8] Ufemestc, B.; yfemesta, K. [9] Rispeg, B. [10] Rispege, B. [11] Bedepellan, B. [12] Signo, K. [13] Eadbertus, K. [14] Berhthun, B. K. [15] This, and the next line, omitted, B. K.

✠ Ego Botpine abbas.
✠ Signum manus Eatani principis.[1]
✠ Signum manus Berhtpaldi.[2]

[A.] Cott. MS., Tiberius A. xiii, f. 42.
[B.] Cott. MS., Tiberius A. xiii, f. 169b.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cxxxiv. Boundaries in vol. iii, 381.

---

227. *Grant by Egcberht, King of Kent, to Diora, Bishop of Rochester, of land at Bromgeheg.* A.D. 778.

DE[3] BROMGEHEGE.

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi. pietatis beneficium quod quisque fidelium pro Christi reverentia servo Dei fideliter domino servienti misericorditer contulerit Christo hoc conferre dinoscitur. nam ipse in fine mundi ad electos suos loquens dicturus est. "cum[4] uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis".

Idcirco ego EGCBERHTUS[5] rex cant'. hanc dominicam sententiam memoriter retinens et piis operibus Deo instigante adimplere curabo tibi DIORAN Hrofensis ecclesiae antistiti aliquam partem terrae juris mei libenter concedo id est dimidiam unius aratri partem ubi nominatur BRÓMGEHEG simul et mariscem vocabulo SCAGA et ut per omne ab hac die et deinceps subsequens tempus cum notissimis terminis omnibusque utilitatibus ad eam rite pertinentibus tuo proprio juri aeternaliter habendam possidendam tradendamque cuicumque hominum volueris hilari concedo animo hujus autem marisci terminus est aqua pene undique circumperfusa.

Si quis ergo heredum successorumque meorum contra hanc piam donationem meam venire fuerit ausus et temerare eam invido malivoloque temtaverit[6] animo "sit[7] anathema maranatha". manente hac chartula in sua nihilominus stabilitate quam roborare propria manu curavi et alios idoneos religiososque testes 'ut' id ipsum agerent adhibui quorum nomina infra caraxata continentur.

Actum anno dominicae incarnationis. DCCLXXVIII. in civitate Dorovernі.

✠ Ego Egcberhtus[5] rex cant' hanc donationem meam signo crucis Christi roboravi.

[1] B. K.; pr., A. [2] Principis, added, B. K.
[3] This title only in B. C. [4] Matt. xxv, 40, 45. [5] Ecgb., K.
[6] Tempt., B. C. K. [7] 1 Cor. xvi, 22.

✠ Ego Iaenberhtus archiepiscopus testis consentiens subscripsi.
✠ Signum manus Escuuald[1] presbiter.
✠ Signum manus Uban.
✠ Signum manus Boban.
✠ Signum manus Uualhard.
✠ Signum manus Ubban.
✠ Signum manus Aldhun.
✠ Signum manus Sigired.
✠ Signum manus Esni.
✠ Eaniardi[2].

∴ Huic[3] vero terre adjacent prate[4] ubi dicitur hreodham. in IIII^or^. locis. in uno loco. XVII^m^. agros. on eastan clifpara gemære. ⁊ on suðan tucincgmæs. ⁊ on pestan culinga gemære. ⁊ on norðan; et in alio loco. XII^m^. agros. on eastan is culinga gemære ⁊ on suðan clifpara gemære. ⁊ on pestan. ⁊ on norðan; et in tertio loco. VII^m^. agros. be eas'tan'. is mearcfleot. ⁊ be suðan. ⁊ be pestan ⁊ be norðan is clifpara gemere; et in quarto loco. sex agros. be eastan is clifpara gemære. ⁊ be suðan is culinga gemære. ⁊ be pestan is ⁊ be norðan clifpara gemære;

Endorsed, in a hand of the 10th cent., "✠ brom gehæges boc.", *and in a hand of the 15th cent.,* "Egcbertus rex."

[A.] Original Charter in British Museum. Cotton Charter viii, 34.
Brit. Mus., *Facs.*, ii. 4.
[B.] Hearne's ed. of *Text. Roff.*, p. 88.
[C.] Ashburnham MSS., Stowe, 831, f. 21.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cxxxii. Boundaries in vol. iii, 382.

---

228. *Grant by Egcberht, King of Kent, to Diora, Bishop of Rochester, of land in Bromgehæg.* A.D. 779.

ITEM DE BROMGEHEGE.[5]

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi. Cum quis religiosorum virorum fideliter Deo famulantibus ex temporalibus terrenisque substantiis donare decreverit, hoc pro certo Christo donatori bonorum omnium redonare constat.

Unde et ego EGCBERHT[6]. rex Cantiæ, tibi venerando DIORAN Hrofensis æcclesiæ antistiti trado dimidiam partem unius aratri

[1] Escuualdi, B. C. K. [2] Signum Eaniardi, B. C. K. [3] These boundaries written in a second and somewhat later hand, MS. [4] Prata, B. C. K. [5] This title only in B. C. [6] Ecglerht, K.; Egcberht, B.; Egeberht, C.

contiguam videlicet ejusdem quantitatis terrulam in regione vocabulo BROMGEHEG[1] , a me antea traditæ. Insuper et adiciam[2] mariscem pertinentem ad aridam et ad aquæ ripam IAENLADE habentem quasi quinquaginta jugerum , et ut in tua sit facultate inperpetuum habendam , possidendam , tradendamque cuicunque elegeris hominum.

Et si quis tam ausus sit hanc donationem meam infringere temptaverit. " sit anathema maranatha". Hanc cartulam in sua stabilitate manentem consentientibus religiosis personis et subscribentibus signo crucis Christi roboravi. quorum nomina cum propriis infra notantur signaculis.

Actum anno ab incarnatione Christi. DCCLXXIX . in civitate supradicta.

✠ Ego Ecgberhtus donator signum crucis Christi impressi.
✠ Signum manus Boba.
✠ Signum manus Balthard.
✠ Signum manus Uuealhard.
✠ Signum manus Banta.
✠ Signum manus Billnoth.
✠ Signum manus Osuulf.
✠ Signum manus Bubba.
✠ Signum manus Balthard.

[A.] *Textus Roffensis*, f. 130.
[B.] Ed. Hearne, p. 84.
[C.] Ashburnham MSS., Stowe, 831, p. 23.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cxxxv.

---

229. *Grant by Offa, King of the Mercians, to Evesham Abbey, of land at Dunnestreatan.* A.D. 779.

A P ω. In nomine domini nostri Jhesu regnantis imperpetuum universa que subsistunt et condita constant. In cujus etiam nomine hec scriptura firmata sit. et pro cujus eque amore ego OFFA rex Merciorum exiguam ruris portiunculam. IIII$_{or}$. videlicet manentium in loco qui dicitur DUNNESTREATUN tradens donabo ad locum qui dicitur ÆT EOVESHAME ob honorem Dei genitricis Mariæ pro remedio anime mee omnibus diebus possidendam. et ab omni jugo seculari liberam exceptis arcis restauratione et pontis et expeditionis obsequio.

Conscripta est hæc cartula anno ab incarnatione Christi

[1] Bromgeheg, K.; Bromleheg, A. B.; Bromleheg, C. [2] Adji., K.

. DCCLXXVIIII . indictione secunda . anno decennovennali primo . lunari . XVII .

Ðis synd þa landgemæra into dunnestreattunne . Of dunne dic into þam fox hole . of ðam fox hole into ꝥ oðer clif . big þam clife to þere blinde pylle . of þere blinde pylle innon þane stan . of þam stane to þam heafde . big þam heafde to ðere fureh . æfter ðere fureh into horsendunes slead . of horsendunes slead innon hæssuc mor . of hæssuc more innon ðere endefureh . of þere endefureh in cærspylle . æfter cærspylles sice innon hæn stræt . of þam streate to þam tpam stane . of þam tpam stane innon grene beorhes sice . of þam sice to þam hæðe . of þam hæðe innon heaðeboldes þorn . of heaðeboldes þorne innon meoson more . of meoson more to gices dic . of gices dic innon bladene . of bladene innon eopnilade . of eopnilade up on ðene hæð . ofer ðene hæð innon þam sandseaðe . of þam sandseaðe innon dunnes sleade . of dunnes sleade up on achylle . of achylle innon ðere bytme[1] . of þere bytme[1] in foss . æfter foss to þam heafod stocce . of þam stocce innon mor dene . of mor dene innon þere salt stret . of ðere salt strete to þam heafod londe . of þam heafod londe innon dunnen cumbe . of dunnen cumbe innon dunnen dic . of dunnen dic in tpisebeorge . of tpisebeorhge in hriscpyt . of hriscpytte into ðere dic . of ðere dic innon pude peig . of pude peige innon ꝥ ea denn . of þam ea denne æft in dunne dic .

✠ Ego Offa gubernante gratia rex Merciorum[2] .

● ● ● ● ●

[.] MS. Cott., Vespasian B. xxiv, f. 70b. | [K.] Kemble, Cod. Dipl., No. cxxxvi. Boundaries in vol. iii, 384.

---

230. *Grant by Offa, King of the Mercians, to his thegn Duddonus, of land in Sulmonnes-burg, or Sulmonsbury, on the R. Windrush, near Bourton-on-the-Water, co. Gloucester.* A.D. 779.

P | A | ω

Regnanti in perpetuum domino nostro Jhesu Christo, Universa quippe quæ hic in præsentia visibus humanis corporaliter contemplantur nihil esse nisi vana et caduca transitoriaque ex sacrorum voluminum testimoniis certissimi verum patet, Et tamen cum istis æternaliter sine fine mansura alta polorum regna et jugiter florentis paradisi amoenitas mercari a fidelibus viris queunt .

Qua propter ego OFFA Deo cuncta pie disponente in cujus manu

[1] Bytme, K.: and see K., iii, xx.

[2] Here the MS. ends abruptly at end of leaf; the following leaf is missing.

sunt omnia jura regnorum absque ulla antecidente merito rex Mercionum , Hoc mente praecogitans aliquam ruris partem pro amore caelestis patriae et pro remedio animæ meae fideli meo ministro DUDDONO , Hoc 'est' quatuor cassatas in jus ecclesiasticae liberalitatis in perpetuum possid . . . . libentissime concedens donabo , quatinus ut se vivente habe . . . . deat , Et post se suae propinquitatis homini cui ipse vo . . . . . . possidendum libera utens potestate relinquat , Et hoc decer . . . . . . sua generationi hoc donativum meum pro Deo concessa sal . . . . . . permaneat , Et si quis ex heredum ejus quod absit maculo majore peccati forte inplicatus fuerit , dign . . . . . . scilicet pretio se emundet a delicto commisso , Manente tamen hac munificentiae meæ dono nihilominus in sua stabilitate firmiter absque ulla commutatione , Est autem portio ruriculi illius attinens urbi illi qui nominatur[1] SULMONNES BURG ex utraque parte torrentis qui vocatur , Theodningc , in occidentali plaga fluvii qui nuncupatur , uuenrisc , Sunt autem termini telluris istius hæc , ab austro , uuithigford . usque inpinesburg . ab occidente 'vallis' qui dicitur turcadenu . ab aquilone slohtran[2] ford . ab oriente fluvius ante nominatus uuænrisc , ad confirmandum vero hujus antedicti telluris donationem testium et consentientium episcoporum abbatuum ac ducum meorum signa et nomina in hac cartula testimonii infra conscribta adnotabo .

Conscribta est 'autem' hæc munificentia piissimi regis Offan anno ab incarnatione Christi . DCCLXXVIIII . Indictione secunda . anno decennovenali primo . lunari . XVII . æt iorotlaforda[3] .

✠ Ego Offa divina gubernante gratia rex Mercensium huic donationis meae signum crucis infixi .

✠ Ego Eadberhtus Dei dono episcopus consensi et subscripsi .

✠ Ego Ceolulfus domino donante sacerdos consensi et subscripsi .

✠ Ego Tilherus Christi gratia anti[stes] consensi et subscripsi .

✠ Ego . . . geberhtus[4] electus præsul consensi et subscripsi .

✠ Ego Aldberhtus gratia Dei episcopus consensi et subscripsi .

✠ Ego Botuuine abbas consensi et subscripsi .

✠ Signum manus Brordan principis . Signum

✠ Signum manus Berhtuualdi principis . manus

✠ Signum manus Esne principis . Ead

[1] Nominabatur, with line through ba, MS.; -batur, K.
[2] Slehtran, K.
[3] Hartleford, co. Glouc.
[4] ...... geberht, K.

✠ Signum manus Eanberhti principis . baldi
✠ Signum manus Eadbaldi principis . pr̄
✠ Signum manus Esne principis .
✠ Signum manus Brordan ducis .
✠ Signum manus Bynni ducis .
. . . . godmundes leah subscripserunt et confirmaverunt plurimi episcopi et optimates[1] .

[*Endorsed by a hand of the 9th or 10th century,* " burhtunes boc".]

[A.] Original charter in British Museum, Cotton, Augustus ii, 4.
Brit. Mus. *Facs.*, i. 10.

[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CXXXVII ; from [A.]

---

231. *Confirmation by Offa, King of the Mercians, and Aldred, Subregulus of the Huiccii, to Worcester Cathedral, of land at Gete, or Geate.* A.D. 778 × 779.

GEATE.

Tunc convenerunt in unum consilium OFFA rex Merciorum, et Chuniulphus rex West-Saxonum, cui etiam tradidimus vestra syngrammata sancta; ac illi continuo promiserunt, se de his vitiis corrigendos. Tunc inito consilio cum prædictis regibus, pontificibus et senioribus terræ, perpendentes quod angulus ille longe lateque protenditur: permisimus THEOPHYLACTUM venerabilem episcopum, regem Merciorum et Britanniæ partes adire. Ego autem assumpto mecum adjutore, quem filius vester excellentissimus rex Carolus ob reverentiam vestri apostolatus nobiscum misit virum probatæ fidei Wighodum abbatem presbyterum, perrexi in regionem Northanymbrorum ad Oswaldum[1] regem, et archiepiscopum sanctæ ecclesiæ Eboracæ civitatis Eanbaldum. Sed quia præfatus rex longe in borealibus commorabatur, misit jam dictus archiepiscopus missos suos ad regem, qui continuo omni gaudio statuit diem concilii, ad quem convenerunt omnes principes regionis tam ecclesiastici quam seculares. Sed audientibus nobis

[1] For Ælfwoldum, Had. and St., iii, 461, n.

relatum est quod reliqua vitia non minima ibi necessaria erant ad corrigendum. Quia, ut scitis, a tempore sancti Augustini pontificis, sacerdos Romanus nullus illuc missus est nisi nos.

Scripsimus namque capitulare de singulis rebus, et per ordinem cuncta disserentes, auribus illorum pertulimus; qui cum omni humilitatis subjectione, et clara voluntate, tam admonitionem vestram quam parvitatem nostram amplexantes, spoponderunt se in omnibus obedire. Tunc nos epistolas vestras eis tradidimus perlegendas, contestantes eos, tam in se quam in subditis, sacrata decreta custodire. Hæc namque sunt capitula. quæ illis pertulimus conservanda esse[1]:—

* * * *

Hæc decreta, beatissime papa HADRIANE, in concilio publico coram rege Ælfuualdo, et archiepiscopo Eanbaldo, et omnibus episcopis et abbatibus regionis, seu senatoribus, et ducibus, et populo terræ proposuimus, et illi, ut superius fati sumus, cum omni devotione mentis juxta possibilitatem virium suarum. adjuvante superna clementia, se in omnibus custodire devoverunt: et signo sanctæ crucis in vice vestra. in manu nostra confirmaverunt: et postea stylo diligenti in charta hujus paginæ exaraverunt, signum sanctæ crucis infigentes.

Ego Ælfuualdus Transhumbranæ gentis rex, consentiens signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Dilberchus[2] Augustadensis ecclesiæ præsul. gaudens signo sanctæ crucis subscripsi.

[1] The following are the rubrics (attributed by Haddan and Stubbs to Spelman) of the chapters, the text being omitted as unnecessary to this work :—1. Ut fides Nicena teneatur, et de ea presbyteri annuo examinentur: omnes etiam teneant sex universales synodos. 2. Baptizandum juxta canones: quid susceptoris sit officium. 3. Ut episcopus bis in anno synodum cogat, et parochiam suam semel circumeat, peccata corripiens, et sua cohibens. 4. Ut vita et habitus canonicorum, etc. sint de more Orientalium, et juxta canones et decreta pontificum Romanorum. 5. Ut præfecti monasteriorum eligantur vitæ probatæ. 6. De presbyterorum et diaconorum ordinatione. 7. Ut cursus fiat in horis canonicis. 8. Ut privilegia a pontifice Romano concessa observentur. 9. Ut ecclesiasticus cibum in secreto non sumat. 10. Ut in missa, crura nuda, crusta panis, cornu bovis non admittantur: nec in synodis secularia. Orandum pro ecclesia. 11. De officio regum, et excellentia sacerdotum. 12. De ordinatione et honore regum. 13. De judiciis juste ferendis. 14. De cohibendis fraude, rapina, et tributis Ecclesiæ injuste impositis. 15. De iniquis et incestuosis conjugiis prohibendis. 16. Ut spurii et proles illegitima non succedant in hæreditatem. 17. Ut decimæ justæ solvantur. Usura, iniqua pondera et mensuræ prohibentur. 18. Ut vota fideliter reddantur. 19. Ut reliquias paganorum rituum quisque abjiciat. 20. De conversione, pœnitentia, et confessione.

[2] See Had. and St., iii, p. 462, n. on these signatures.

Ego Eanbaldus gratia Dei archiepiscopus sanctæ Eboracensis ecclesiæ, hujus chartulæ piæ et catholicæ taxationi signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Hyguualdus Lindisfarnensis ecclesiæ episcopus obediens, signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Ædilberchus Candensis casæ episcopus supplex, signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Aldulphus Myiensis ecclesiæ episcopus, devota voluntate subscripsi.

Ego Æthiluuinus episcopus per legatos subscripsi.

Gosigha patricius, signo sanctæ crucis placido animo subscripsi.

His quoque saluberrimus admonitionibus presbyteri, diaconi ecclesiarum, et abbates monasteriorum, judices optimates et nobiles unopere, uno ore consentimus et subscripsimus.

Ego Alrich dux, signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Siguulfus dux, signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Aldberich abbas, signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Erhart abbas, signo sanctæ crucis subscripsi.

His peractis, et data benedictione, perreximus, assumptis nobiscum viris illustribus, legatis regis et archiepiscopi, Maluinum videlicet et Pyttel lectores: qui una nobiscum pergentes, et ipsa decreta secum deferentes in concilium Merciorum, ubi gloriosus rex Offa cum senatoribus terræ, una cum archiepiscopo Jaenberchto sanctæ ecclesiæ Dorovernensis, et cæteris episcopis regionum convenerat, et in conspectu concilii clara voce singula capitula perlecta sunt, et tam Latine quam Teutonice, quo omnes intelligere possent, dilucide reserata sunt: qui omnes consona voce, alacri animo gratias referentes, apostolatus vestri admonitionibus promiserunt se, divino adminiculante favore, juxta qualitatem virium promptissima voluntate, in omnibus hæc statuta custodire. Quinetiam, ut supra taxavimus, tam rex, quam principes sui, archiepiscopus cum sociis suis in manu nostra, in vice dominii vestri, signum sanctæ crucis firmaverunt. et rursum præsentem chartulam sacrato signo roboraverunt.

Ego Jeanbrechtus archiepiscopus sanctæ Dorovernensis ecclesiæ supplex signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Offa rex Merciorum consentiens his statutis prompta voluntate signo crucis subscripsi.

Hugibrechtus Lichtenfelsæ ecclesiæ signo sanctæ crucis subscripsi.

Edeulfus Lindensis Faronensis episcopus subscripsi .
Unuuona Legorensium episcopus subscripsi .
Alchardus episcopus subscripsi .
Fadberchus episcopus subscripsi .
Chumbrechus episcopus subscripsi .
Harchelus episcopus subscripsi .
Aeine episcopus subscripsi .
Tora episcopus subscripsi .
Uuaremundus episcopus subscripsi .
Adalmundus episcopus subscripsi .
Adoredus episcopus subscripsi .
Edrabordus abbas . Alemundus abbas . Boduuinus abbas .
Uttel abbas .
Brorda dux . signo sanctæ crucis subscripsi .
Facuualdus dux subscripsi .
Bercoaldus dux subscripsi .
Othbaldus comes subscripsi .

Had. and St., iii, p. 447 ; from *Magdeb. Cent.*, cent., viii, p. 575.
cf. M. Schrack Wolfenbüttler Fragmente; Weimar 1891.

---

251. *Confirmation by Offa, King of the Mercians, to Ceolnoth, Abbot of Chertsey, of lands and privileges to the Abbey.* A.D. 787.

[R]egnante inperpetuum domino nostro Jhesu Christo et salvatore Deo . Cuncta quæ videntur temporalia esse et quæ non videntur eterna fieri verum constat cum hiis transitoriis eterna mercari posse ex sacrorum voluminum testimoniis certum tenemus .

Ideoque ego OFFA pia Dei prædestinante gratia rex Mercionum necnon et in circuitu nacionum . cogitavi in corde meo ut aliquid ex perceptione mundani regni ad libertatem ecclesiasticam pro erepcione et remedio anime mee libenter erogarem . Proinde rogante et obsecrante me veneranda Cynedritha regina mea CEOLNODO honorabili Abbati et ejus familiæ venerabili in ecclesia sancti Petri apostolorum principis et clavicularii regni celestis monasterialiter conversanti in præfata ecclesia Deo servienti ! pro me et pro Cynedritha regina mea et pro Egfrido filio meo et filiabus meis Ethelburge Abbatisse et Æthelflede et Edburge et Æthelspithe[1] hoc privilegium libertatis libenti animo Dei instinctus amore regia usus potestate . omnes terras et omnes villulas et possessiones quas subregulus Fritheuualdus et abbas Erkenuualdus primi fundatores præfato monasterio dederunt et concesserunt ego prefatus

[1] ? Ethelflithe, MS.

rex concedo et confirmo scilicet in omnibus monasteriunculis terris . campis . silvis . pascuis . pratis . aquis . stagnis et rivulis . Hanc libertatem et omnia predicta ad prefatum monasterium pertinencia in sinodali conventu in loco qui nominatur Æcleaht et testes et consistentes hii fuerunt quorum nomina infra annotabo .

Ego Offa Christo domino concedente rex . propriam libertatis confirmacionem signo sanctæ crucis munio . ✠ .
Ego Cynedritha Dei dono regina huic libertati consentio . ✠ .
Ego Egfridus filius regis subscribo . ✠ .
Ego Ethelburga abbatissa consensi . ✠ .
Ego Ælfleda virgo consensi . ✠ .
Ego Edburga virgo consensi . ✠ .
Ego Lambertus gratia Dei concedente archiepiscopus synodali collegio præsidens in loco qui dicitur Æcleath cum consilio episcoporum et abbatum et omnium qui simul mecum erant ibi huic libertati et confirmacioni consensi et subscripsi . ✠ .

Acta sunt hec apud Æcleath . Anno Incarnacionis Christi . D°CC° LXXX° . septimo .

[A.] MS. Cotton, Vitellius, A. xiii, f. 31. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cli ; from [A.]

---

252. *Grant by the Duke Berthuald to the Abbey of St. Denis in France, of land at Rotherfield, Hastings, and Pevensey, co. Sussex.* A.D. (795 for) 788.

Donatio Bertoaldi Ducis de Hastinges , et Peveneseł , portubus maris ; et villa Radrefelda in Anglia[1] .

In nomine domini nostri Jhesu Christi . Ego BERTHUALDUS[2] Dux justo Dei judicis cecidi in infirmitatem de qua medicorum nemo me sanare poterat . Audivi autem in Gallias apud monasterium sanctorum martyrum Dionysii[3] , Rustici , et Eleutherii , cui præest venerabilis abba Foleradus[4] , per eosdem sanctos virtutes multas fieri , et petens a domno Carolo imperature[5] transitum veni illuc . Ubi cum diebus ammodum[6] paucis , æger , ad eorum memoriam decubuissem , miseratione domini et deprecatione eorundem martyrum plenissime sanatus sum . Vovi autem votum

[1] Title in B. only. [2] Bertoaldus, B. [3] Dionisii, B. [4] Folcr., B. [5] Karolo imperatore, B. [6] Adm., B.

domino et sanctis illis, et de eorum sanctis reliquiis impetrata patrocinia mecum detuli, et in eorum nomine ecclesiam edificavi in sede mea in villa vocabulo Ridrefelda, quæ a progenitoribus meis jure hereditario mihi relicta fuerat: Quapropter dignum est ut per quos sum ab omni corporis liberatus infirmitate, ipsi michi in ipsa mea debeant hæreditate succedere.

Unde ego una cum favore fratris mei Eadbaldi, et consensu[1] meorum fidelium, per hanc scripturæ seriem, omnem illam villam meam quæ vocatur RIDREFELDA sitam[2] super fluvium qui dicitur Saforda[3] in pago qui nuncupatur[4] Successa[5], et pagi civitas appellatur Chichestra, cum omnibus appendiciis suis, terris, pratis[6], campis, sylvis, aquis, ita sicut ego visus[7] sum hactenus possidere, sanctis Dei martyribus Dionysio, Rustico, et Eleutherio, habendam et disponendam et in perpetuum[8] tenendam trado.

Concedo etiam, per hujus monimenta cartæ, ad usus monachorum ibidem Deo famulantium, meæ possessionis portus, qui sunt in eadem vicinitate[9] super mare, HASTINGAS et PÆVENISEL[10], cum salinis et omni integritate sua, ut sicut ego possidere videor sic fratres in ipso monasterio sanctorum martyrum Deo servientes a modo possideant et disponant et pro me Deum deprecari dignentur.

Si quis autem aliquid de his[11] detrahere, aut minuere, vel usurpare temptaverit, et ab illis sanctis et servitoribus eorum monachis abstulerit, regi sæculorum Deo peccabit, qui ab eo requirat in judicio futuro quod injuste abstulit cum veniet in sua majestate. et sanctorum angelorum reddere unicuique prout gessit, sive bonum sive malum, et ibunt impii in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam.

Actum dominicæ incarnationis anno 795[12]. anno quo cœpit Offa Rex regnare 31. Præsente fratre meo Eadbaldo, et coram suscriptis[13] testibus.

✠ Ego Berhtualdus[14] Dux manu mea firmavi et subscripsi.
✠ Eadbaldus frater ejus firmavi et subscripsi.
✠ Egferdus[15] comes subscripsi.
✠ Ediluuinus comes subscripsi.
✠ Cinigilerus[16] firmavi et subscripsi.

[1] Concensu, B. [2] Situm, B. [3] Salforda, B. [4] Dicitur, B.
[5] *I.e.*, Sussex. [6] Pascuis, added, B. [7] Usus, B. [8] Imp., B.
[9] Civitate, B. [10] Peveneseel, B. [11] Hiis, B. [12] .DCCXCII, B.
[13] Subscr., B. [14] Bertho., B. [15] Egfridus, B. [16] Cinigils, B.

✠ Æadbertus[1] firmavi et subscripsi.
✠ Hunualdus[2] firmavi et subscripsi.
✠ Ædilfridus[3] firmavi et subscripsi.
✠ Ego Æanfric[4] cancellarius scripsi, relegi, ac subscripsi.
✠ Ego Deodatus monachus de manu ducis Berthualdi[5] omnia quæ in hoc testamento scripta sunt in nomine sanctorum martyrum Dionysii, Rustici, et Eleutherii, possidenda suscepi, et hanc traditionem per hoc scriptum coram fratribus monasterio adsignavi.

[A.] J. Doublet, *Histoire de l'Abbaye de S. Denys* (Paris, 1625), p. 718. "Cette charte scellee d'un seel de cire sain et entier, auquel est empreinte l'effigie de relief, du dit Prince Berthauld, apres le naturel," *ib.*, p. 719.

[B.] Dugd., *Mon. Angl.*, vi, 1077; from Du Chesne's copy from the ancient Cartulary of S. Denis.
See Sir F. Madden, *Remarks on the Anglo-Saxon Charters*, etc., in *Arch. Journ.*, vol. xiii, p. 365.

---

253. *Grant by Offa, King of the Mercians, to St. Andrew's, Rochester, of land at Trottesclyva, or Trottersdiffe, co. Kent.* A.D. 788.

DE TROTTES CLYVA.[6]

✠ In nomine Dei summi et salvatoris nostri Jhesu Christi, ipsoque in perpetuo regnante disponenteque suaviter omnia. terrena quoque sceptra et regalia jura temporaliter distribuerit[7]. Unde et ego OFFA rex Merciorum aliquam terram pro remedio et salute animæ meæ tradam, id est sex aratrorum ubi nominatur TROTTESCLIB ad æcclesiam beati Andreæ apostoli et ad episcopium castelli quod nominatur HROFESCESTER ubi beatus Paulinus pausat! quam etiam episcopalem sedem modo in presenti rite regit Uuaermundus religiosus antistes. Hanc itaque supradictam terram ad hanc conditionem perpetualiter habendam et possidendam concedo cum omnibus ad eam rite pertinentibus rebus cum campis silvis pascuis pratis pastinationibus et cum propriis terminis.

Hujus autem terræ termini sunt isti. ab oriente et a meridie Boerlingas. ab occidente Uurotaham. ab aquilone Meapaham.

Ad hanc quoque terram pertinent in diversis locis porcorum

[1] Eadb., B. [2] Hunw., B. [3] Edilf., B. [4] Eanf., B. [5] Bertho., B.
[6] Omitted, K. [7] A. B. H. S.; distribuente, K.

pastus id est Uuealdbaera ubi dicitur Holenspic bi suðan eð eppan hrycg non longe ab eo loco langan hrycg.

Quisquis vero contra hanc donationis cartulam callido malignoque tractatu contraire præsumpserit: noverit se quisquis ille fuerit in discreto[1] Dei judicio sinistræ partis socium fore et a Christi et Dei corpore sanguineque segregandum. Manente hac cartula in sua nichilominus firmitate propria manu signaculo crucis Christi roborare curavi. et testes religiosos et consentientes id ipsum agentes adhibui. quorum nomina cum propriis cruciculis infra adnotentur.

Actum anno dominicæ incarnationis. DCCLXXXVIII.

✠ Ego Offa rex Merciorum hanc suprascriptam donationem meam hoc signum crucis impressi.
✠ Ego Ecgfrid rex Merciorum testis consentiens subscripsi.
✠ Ego Cynedryth regina consensi et subscripsi.
✠ Ego Iaenberhtus gratia Dei archiepiscopus signum crucis Christi impressi.
✠ Ego Hygeberhtus archiepiscopus subscripsi.
✠ Ego Ceoluulf episcopus subscripsi.
✠ Signum manus Brordani[2] præfecti.
✠ Signum manus Berhtuualdi.
✠ Signum manus Eadbaldi.
✠ Signum manus Ceolmundi.

[A.] *Textus Roffensis*, f. 131.
[H.] Hearne's edition, p. 67.
[B.] Harl. MS. 596, f. 53.
[S.] Ashburnham MSS., Stowe 831, p. 25.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLII.

---

254. *Grant by Offa, King of the Mercians, to the thegn Osberht, of land at Duningcland in the Eastry district, co. Kent.* A.D. 788.

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi. Ego OFFA rex Merciorum tibi OSBERHTO ministro meo atque uxori tuae et si contigerit ut vobis filius aut filia nati fuerint trado terram juris mei unius aratri in provincia Cantiae in regione EASTRGENA ubi nominatur DUNINGCLAND. Hanc autem terram ad hanc conditionem vobis concedo cum omnibus ad eam rite pertinentibus..... propriis terminis cum campis pascuis pratis et cum omni tributo quod regibus antea debetur et quamdiu in hac vita vixeritis omnia vestrae subjegantur potestati.........

[1] Indiscreto H. [2] Brordam, H.

Hanc autem donationem meam atque conditionem[1] multi religiosi testes subs . . . . . dali conventu in loco ubi . . . . natur Celchyð anno . . . . DCCLXXXVIII .

✠ Ego Offa rex Merč hanc d . . . . . signo sanctæ . . . avi .
✠ Ego Iaenberhtus[2] gratia Dei . . . . arc . . . . . i et subscripsi .
✠ Ego Hygeberht episcopus consensi .
✠ Ego . . . . lf episcopus subscripsi .
✠ Ego Heardraed episcopus subscripsi .
✠ Ego Æthilmod episcopus subscripsi .
✠ Ego Cyneberht[3] episcopus subscripsi .
✠ Ego Unuuano[4] episcopus subscripsi .
✠ Ego Uuaer[5] . . . . . subscripsi .
✠ Ego Hathor[5] . . . . subscripsi .
✠ Ego Ealgheard[6] episcopus subscripsi .
✠ Ego Ceolmund episcopus[7] . . . .
✠ Signum[8] manus . . . .
✠ Signum manus . . . .
✠ Signum manus . . . .
✠ Signum manus . . . .
✠ Signum manus . . . .

Endorsed :—" Offa rex Merciorum . I aratrum . . . uuningland".

[A.] Original charter in Canterbury Cathedral Library, M. 340.
[B.] Mr. Saunders' text in *Facs. of Angl.-Sax. MSS.*, Part I, pl. 2.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLIII.

---

255. *Grant by Offa, King of the Mercians, to Bishop Waermund, of land in Rochester, co. Kent.* A.D. 789.

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi . Omnem hominem qui secundum Deum vivit et remunerari a Deo sperat et optat ! oportet ut piis precibus assensum hilariter ex animo præbeat . Quoniam certum est[9] tanto facilius ea quæ quisque a Deo poposcerit consequi posse ! quanto et ipse libentius hominibus recte postulata concesserit .

Quocirca ego OFFA rex Merciorum tibi venerabili UUAERMUNDO

[1] Multi ... conventu, omitted, K. [2] Iam., K. [3] Cyneberht, K.
[4] Unuuono, K. [5] Omitted, K. [6] Algh., K. [7] Episcopus, omitted, K.
[8] These five concluding lines out of place in B.
[9] +, A.; est, omitted, H. K.

antistiti ut diligenter postulasti aliquam particulam terræ juris mei id est quasi unius et semis jugeri in civitate HROFI ad augmentum monasterii tui æternaliter possidendam concedo . ac describo cum omnibus scilicet ad eam pertinentibus rebus . Hæc autem terrula ab aquilonali et ab oriente civitatis jacet . et pertingit usque ad septentrionalem murum præfatæ civitatis intra terras videlicet quas antea ab oriente et occidente possedisti . et ideo hæc tibi satis accomoda quia in medio jacebat .

Si quis autem contra hanc donationem meam aliquando venire invido malivoloque animo temptaverit : sit in præsenti separatus a communione sanctæ æcclesiæ Christi et in futuro a societate sanctorum omnium segregatus . Manentem hanc kartulam[1] in sua semper firmitate signo dominicæ crucis roboravi . et idoneos testes ut et id ipsum facerent adhibui .

Actum anno dominicæ incarnationis . DCCLXXXIX . indictione . XII . in loco ubi nominatur Celchyth .

✠ Ego Offa rex Merciorum hanc donationem meam signo sanctæ crucis roboravi .
✠ Ego Ecgfrið rex consensi et subscripsi .
✠ Ego Iaenberhtus gratia Dei archiepiscopus consentiens subscripsi .
✠ Ego Hygeberht archiepiscopus subscripsi .
✠ Ego Ceoluulf episcopus subscripsi .
✠ Ego Heardred episcopus subscripsi .
✠ Ego Unuuona episcopus subscripsi .
✠ Ego Cyneberht episcopus subscripsi .
✠ Ego Algheard episcopus subscripsi .
✠ Ego Uuaermund episcopus subscripsi .
✠ Ego Eadgar episcopus subscripsi .
✠ Ego Uueohthun episcopus subscripsi .
✠ Signum manus Ealhmundi abbatis .
✠ Signum manus Beonnan abbatis .
✠ Signum manus Brordan .
✠ Signum manus Berhtuualdi .
✠ Signum manus Æðilhardi .
✠ Signum manus Uuigcgan[2].
✠ Signum manus Ceolmundi .
✠ Signum manus Ceolheardi .
✠ Signum manus Eadbaldi .
✠ Signum manus Forðredi .

[1] Cart., K. [2] Uuigegan, H.

✠ Signum manus Uuigcgan.
✠ Signum manus Heaberhti.
✠ Signum manus Ubban.

[A.] *Textus Roffensis*, f. 133.
[H.] Hearne's edition, p. 90.
[B.] Harl. MS. 596, f. 6.
[S.] Ashburnham MSS., Stowe, 931, p. 29.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLV.

---

256. *Agreement between Bishop Heathored and Wulfheard concerning land at Inkberrow and Bradley, co. Worcester.* A.D. 789.

INTANBEORGE . ⁊ BRADANLEAH.

✠ Sæculi namque labentis tempora velocius vento aereni[1] tranant. Ideoque omnes firmas statutiones seriæ[2] litterarum adnotamus ne forte in posterum aliquis ignorantiæ avaritiæve[3] ea decreta infringere præsumat quæ venerabilium virorum fiunt verbis confirmata.

✠ Anno dominici[4] incarnationis . DCC° . LXXX° . VIIII° . indictione vero . XII[a] . qui est[5] annus . XXXI . regni OFFAN strenuissimi[6] Merciorum regis factum est pontificale[7] conciliabulum in loco famosa[8] qui dicitur CELCHYÐ[9] præsidentibus duobus archiepiscopis IAMBERHTO[10] scilicet et HYGBERHTO[11] mediante quoque Offan rege cum universis principibus suis; ibi inter alia plura[12] aliqua contentio facta est inter[13] HEATHOREDUM episcopum et WULFHEARDUM[14] filium Cussan de hæriditate hemeles et dudæ quod post obitum suorum nominarent[15] ad peogornacæstre[16] . hoc est INTANBEORGAS[17] et BRADANLEGE[18] voluisset[19] ergo Uulfheardus illum agellulum avertere ab ecclesia præfata in peogornacæstre[20] cum ignorantiæ et insipientiæ [si potuisset. Tunc ille episcopus][21] illum refutabat cum his testibus . qui eorum nomina infra scripta liquescunt coram synodali testimonio. Et aiebat quod ei rectum non fieret ulli alio post se

1 Ad finem, C.; ad f..., B. 2 Seriei, C. 3 Avaritiæve, omitted, C. 4 -cæ, B.C. 5 C. proceeds thus: "annus regni mei . XXXI . qui offa rex merciorum vocor . factum", etc. 6 Strennuis, B. 7 Pont., omitted, C. 8 Famoso, B.; omitted, C. 9 Celhhyð, C. 10 Iamberto, C. 11 Higa., C. 12 Plurima, C. 13 In, B. 14 pulfherdum, C. 15 Denomin., C. 16 peogernacestre, B. 17 In Tanbeorgas, B. 18 Bradan leg, B.; bradanleah, C. 19 C. proceeds thus.—" Wlfheardus ergo voluit illas a peogorna civitate avertere cum insipientia si potuisset . sed episcopus illum vicit cum testibus quorum nomina infra notantur coram universa sinodo . et aiebat quod rectum non esset . ulli alii post se tradere nisi ad peogernam civitatem . et preter eorum preces et amore qui illam terram adquisierunt et ad præfatam æcclesiam dederunt; Tunc", etc. 20 -ceastre, B. 21 Blank in A.; supplied from B.

tradere præter et[1] [antedi]ctam civitatem hoc est ƿeogrinacaestor[2]. Et propter[3] eorum prece et amore qui illam terram[1] [adqui]sierunt ⁊ ad ecclesiam prefatam dedissent illi senatores familiæ consentientes fuerunt ut illud custodiret et haberet diem suum. Tunc archiepiscopus simul[4] cum universis provincialibus[5] episcopis ita finem composuerunt[6] et reconciliaverunt[7]. ut ƿulfheardus terram possideret tamdiu[8] viveret ⁊ postquam viam patrum incederet sine aliqua contradictione [illuc ad][1] ƿeogornense[9] ec[clesiæ][1] terras atque libellas[10] cum semetipso redderet [ubi corpora requiescunt Hemeles et Dudæ.][11]

✠ Ego[12] Offa rex Merciorum consentiendo inposui.
✠. Ego Iamberht Dei gratia archiepiscopus consensi et subscripsi.
✠ Ego Hygeberht similiter archiepiscopus consensi et subscripsi.
✠ Ego Ceolƿulf episcopus consensi ⁊ subscripsi.
✠ Ego Heardred episcopus consensi ⁊ subscripsi.
✠ Ego Unuuona episcopus consensi.
✠ Ego Heaðored episcopus consensi[13].
✠ Ego Ceolmund episcopus[14].
✠ Ego Æðelmod episcopus[15].
✠ Ego Cyneberht episcopus[15].
✠ Ego Ƿermund episcopus.

[1] Blank in A.; supplied from B. [2] ƿeogorina ceastre, B. [3] Præter, B. [4] Simul, omitted, C. [5] Provinc., omitted, C. [6] Posu., C. [7] Et reconc., omitted, C. [8] Quamdiu, C. [9] ƿigornensem ecclesiam, C. [10] Libellas, B.; -us, A.; -os, C. [11] Blank in A.; supplied from B.; Dude, C. [12] C. reads these subscriptions as follows (abbreviated words as in text):—"✠ Ego O. r. crucem imposui. ✠ Ego I. dei gratia arch. signo crucis corroboravi. ✠ Ego Higebertus arch. ✠ Ego Ceolƿulfus ep. ✠ Ego Heardredus ep. ✠ Ego Un. ep. ✠ Ego Heaðoredus ep. ✠ Ego Alheardus ep. ✠ Ego Ceolmundus ep. ✠ Æþelmodus ep. ✠ Ego Cyneberhtus ep. ✠ Ego ƿærmundus ep. ✠ Ego Alhmundus abbas. ✠ Ego Æðelheardus abbas. ✠ Ego Beonna abbas. ✠ Ego Utel abbas. ✠ Ego Forðredus abbas. ✠ Ego Uulfheardus abbas. ✠ Signum Brordan principis. ✠ Signum Eadbaldi principis. ✠ Signum Herefridi principis. ✠ Signum Alhmundi principis. ✠ Signum Ceolmundi principis. ✠ Signum Beorhƿaldi principis. ✠ Signum Æþelhardi principis. ✠ Signum Bynnan principis." [13] ✠ Ego Alheard episcopus consensi et subscripsi, added, B. [14] Consensi, added, B. [15] Consensi et subscripsi. added, B., and B. continues thus to the end:—"✠ Ego Heardred episcopus consensi. ✠ Ego Heaðored episcopus consensi. ✠ Ego Ceolmund episcopus consensi. ✠ Ego Alhmund abbas. ✠ Ego Æthelheard abbas. ✠ Ego ƿærmund episcopus consensi et subscripsi. ✠ Ego Beonna abbas. ✠ Ego Utel abbas. ✠ Ego Forðred. ✠ Ego Uulfheard abbas. ✠ Signum Brordan principis. ✠ Signum Eadbaldi principis. ✠ Signum Herefriði principis. ✠ Signum Ealhmundi principis. ✠ Signum Ceolmundi principis. ✠ Signum Beorhƿaldi principis. ✠ Signum Æþelheardi principis. ✠ Signum Bynnan."

✠ Ego Boduine abbas.
✠ Ego Utel abbas.
✠ Ego Fordred.
✠ Ego Uulfheard simul subscripsi ⁊ confirmavi.
✠ ....berht ...... pr̄.
✠ ....mundi þ.
✠ Signum Alhmundi þ.
✠ Signum Ceolmundi þ.
✠ Signum Æðelhardi þ.
✠ Signum Bynnan.

[A.] MS. Harl. 4660, fol. 7.
[B.] MS. Cotton, Tiberius A. xiii, fol. 75; ed. Hearne, p. 17.
[C.] MS. Cotton, Nero E. i, fol. 388b.
[K.] Kemble, Cod. Dipl., No. clvi. Thorpe, Dipl., p. 38.

---

257. *Grant by Offa, King of the Mercians, to Waermund, Bishop of Rochester, of land in Broomgeheg.* A.D. 789.

Item de Bromgehege.[1]

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi salvatoris. Si ea quæ secundum decreta canonum ac statuta synodalia salubriter definiuntur. quamvis sermo solus ad testimonium sufficere possit: attamen ob incertam futurorum temporum conditionem firmissimis scripturarum indiciis et cautionum cyrographis sunt roboranda. Quoniam quidem sæpe ex ignorantia sæpe quod est execrabilius ex improbitate contingit ut denegatio rerum vere et recte gestarum nascatur.

Quapropter ego OFFA rex Merciorum tibi UUAERMUNDO antistiti necnon et æcclesiæ quae sita est in castro quod nominatur HROFESCAESTER trado terram unius aratri ubi nominatur BROOMGEHEG[2] cum certissimis terræ hujus limitibus. quæ habet ab oriente Uuodafleot[3] a meridie vero fons quidam et fossa circumdata et exinde sepis quædam. itemque fossata ab occidente et notis signis designatur ab aquilone mariscem vocabulo Scaga quam etiam circumfluit Iaegnlaad. Hanc autem terram tibi tradendam et possidendam et æcclesiæ usui mancipandam quam tu jure gubernas concedo.

Si quis vero successorum meorum vel principum hanc donationem meam immutare temptaverit: "sit Anathema[4] Maranatha" usque dum dominus veniat qui judicaturus est orbem terræ in æquitate. Hanc cartulam signaculo crucis Christi confirmare

[1] Omitted, K. [2] Bruangeheg, K. [3] Wuod., H.; Uuuod., K.
[4] Aneth., B.

volens proprio[1] manu necnon et alios religiosos adhibui testes quorum nomina infra adnotentur. Actum anno dominicæ incarnationis. DCCLXXXIX. in loco ubi dicitur Celchyð.

✠ Ego Offa rex Merciorum hanc supradictam donationem meam signo sanctæ crucis Christi roboravi.
✠ Ego Iaenberhtus gratia Dei archiepiscopus consensi et subscripsi.
✠ Ego Hygeberht archiepiscopus subscripsi.
✠ Ego Ceoluulf episcopus subscripsi.
✠ Ego Heardraed episcopus subscripsi.
✠ Ego Unuuona episcopus subscripsi.
✠ Ego Cyneberht episcopus subscripsi.
✠ Ego Ealghearhd episcopus subscripsi.
✠ Ego Eadgar episcopus subscripsi.
✠ Ego Ealgmund abbas subscripsi.
✠ Ego Beonna abbas subscripsi.
✠ Signum manus Ecgfrithi. regis Merciorum.
✠ Signum manus Berhtuualdi.
✠ Signum manus Eadbaldi.
✠ Signum manus Brordan.
✠ Signum manus Æthilheardi.
✠ Signum manus Ceolmundi.
✠ Signum manus Ubban.
✠ Signum manus Heaberhti.
✠ Signum manus Forðredi.
✠ Signum manus Uuigcgan[2].
✠ Signum manus Ceolheardi.

[A.] *Textus Roffensis*, f. 132.
[H.] Hearne's edition, p. 88.
[B.] Harl. MS. 596, f. 56.
[S.] Ashburnham MSS., Stowe 831, p. 27
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLVII.

---

258. *Grant by King Beortric to Prince Hemele, of land at Hissaburn, in exchange for land on the River Meonea (? co. Hants). Before* A.D. 790.

CARTA BRIHTRICI DE HISSEB'.

✠ Regnante in perpetuum omnipotenti Deo. Ego BEORTRICUS[3] regali fretus dignitate de terra juris mei quam prædecessores mei atque propinqui jure hereditario possidendam reliquerunt aliquam portionem HEMELE fidelissimo principi meo sempiternaliter possi-

[1] Propria, K. [2] Uuigcgan, H.; B. ends here. [3] Beorht., K

dendam largitus sum habendi . donandi . commutandi ac post se relinquendi cuicumque placuerit . id est . XXX . VI . cassatos . Hoc autem feci pro illius peticione nec non et pro vice alterius agri . qui videlicet ager jacet juxta flumen quod appellatur Meonea quasi . XXX . IIII . cassatorum . quem sibi jam ante Kineuul[f][1] rex cum multorum peritorum affirmatione devote concedebat . et ab eo accepit precium in auro purissimo . Sed hæc supradicta terra Beortrici[2] donationis aliqua pars est juxta HISSABURNAM in modum . XX . VI . cassatorum .

✠ Ego Beortricus[2] rex hanc donationem meam propriis litterarum caracteribus roboravi . et singrafa crucis confirmavi .
✠ Signum manus Æthelmodi episcopi .
✠ Signum manus Kineberti[3] episcopi .
✠ Signum manus Hemele patricii .
✠ Signum manus Þorris principis .
✠ Signum manus Beornfridi prefecti .
✠ Signum manus Wiigfridi prefecti[4] .
✠ Signum manus Lunlinges[5] subreguli .
✠ Signum manus Wiigfridi prefecti .
✠ Signum manus Wingbaldi comitis .

[A.] MS. Cotton, Claudius B. vi, fol. 106. [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLVIII. | [S.] *Chron. Abingd.*, ed. Stevenson, i, 28 (cf. ii, 490, for conjectured date, c. A.D. 786).

---

259. *Confirmation by Offa, King of the Mercians, to the Abbey of St. Denis in France, of land at Lundenuuic,[6] Ridrefeld, etc.* 12*th April*, A.D. 790.

PRÆCEPTUM OFFANTIS GLORIOSI REGIS ANGLORUM.

Evidentia rerum et experientia declarant cassabundam mortalium vitam , et innumeris cotidie calamitatibus constringi , ita dumtaxat[7] ut ante a quibus teneri ac possideri putatur , repente et mumentaneo[8] intervallo lugubriter evanescat . Ideo singulis quibusque sollicite studendum est , ut dum indulta temporum spatia Dei nutu concessa manent , ne sine fructu spiritalium[9] bonorum[10] easdem indutias[11] transeant .

[1] Kineuul, A. S. [2] Beorht., K. [3] -berhti, K. [4] This line omitted, K.; Wngfridi, S. [5] Luulingus, S.
[6] ? Sandwich, see M., *loc. cit.* [7] Duntaxat, D. F. [8] Mom-, D. F. [9] Spiritualium, D. F. [10] Ac virtutum, added, D. [11] Inducias, F.

Quamobrem ego in Dei nomine OFFA rex Merciorum, suggerente Maginario abbate per missum suum Nadelharium, de terra illa quæ est in loco illo, in porta[1] videlicet qui numcupatur[2] Lundenuuic, ubi duo fratres Agonauuala seu Sigrinus om[n]em suam possessionem spontanea voluntate ante duos annos sancto Diunisio[3], martyri precioso, qui est in Francia, sociisque ejus dederunt, ego quoque censum omnem quod in parte mea jure accipere debui, et ad usus proprios adhuc retinebam, sive in auro, sive in argento, sive in reditibus aliis, totum ob amorem Dei omnipotentis et reverentiam preciosorum martyrum Diunisii[3], Rustici, et Eleutherii, jam dicto abbati Maginario ac sanctæ congregationi monachorum[4], vel eorum successoribus, in eodem munasterio preclaro, quod est constructum in Gallias in honore ipsorum martyrum libenti ac devoto animo, una cum voluntate meæ congugis[5] filiique mei[6], et obtimatum meorum consensu, ab hac die concedo cessumque imperpetuum esse volo, ita ut ab hac die nec ego, nec posteres mei, neque aliquis ex potestatibus hujus sæculi reditum aliquem exinde quaqua ratione reposcant neque recipiant, sed semper in tempore meo vel meorum successorum, in potestate jam dicti abbatis et munachorum, favente Christo, amplius et perfectius permaneat. Preterea donatum quod amicus noster et fidelis BERHTUALÐ[7] dux, et frater ejus Eadbalð[8], de receptaculo suo RIDREFELDA, quod est in pago qui vocatur Successa, super fluvium Saforda, et de portu[9] super mare Hastingas et Peuenisel, quomodo ante dies istos, legaliter subscriptis testibus, ad eosdem sanctos martires[10], qui sua deprecatione ab infirmitate nimia, qua tenebatur jam dictus dux, eum resuscitaverant fecit, petentibus eisdem atque prefato abbate, nos et consessus obtimatum[11] meorum uno eodemque consensu laudamus et confirmamus.


Si quis autem hanc nostram nostroque constitutionem desiderio roboratam, quam ad sanctos martyres pro amore Dei et salute nostra fecimus, detrahendo vel violando infregerit, illa maledictio veniat super eum, "Ite maledicti in ignem aeternum". Qui autem servaverit et adjuverit, cum sanctis Dei vivat imperpetuum. Ut autem hæc pleniorem obtineant vigorem, manu propria subter firmavimus, atque nostri anuli[12] impressione signari fecimus.

Anno dominicæ incarnationis. DCC. XC[13]. Indictione XIII. Anno namque regni mei. XXXIII[14]. cum his testibus, secundo die pascae[15],

[1] Portu, D.F.M.T. [2] Nuncu., D. F. [3] Diunys., D. F. [4] Mun., D. F. [5] Conju., D. [6] Filiisque meis, D. F. [7] Berhtualdus, D. F. T. [8] Eadbaldus, D. F. T. [9] Portubus, D. [10] Martyres, D. F. [11] Opt., T. [12] Anuli nostri, D. [13] Septingentesimo nonagesimo septimo, D. [14] .XXIII., T. F.; trecesimo tertio, D. [15] Paschae, D. F.

pridiae idus Aprilis, in Tomepordig[1], hanc concessionem cum signo crucis Christi confirmavi.

✠ Ego Offa rex Anglorum hanc donationem meam[2] manu mea confirmavi et subscribsi.
✠ Hygberht[3] archiepiscopus subscribsi.
✠ Unuona episcopus subscripsi[4].
✠ Cyniðryð[5] regina subscripsi[4].
✠ Ecgferð[6] filius regis subscripsi[4].
✠ Brorda dux subscripsi.
✠ Bert'v'uald[7] dux subscribsi[4].
✠ Eodbald dux subscribsi.
✠ Eduinus[8] comis subscribsi[9].
✠ Ego Nadelharius monachus[10] cum fratre meo Vitale et Eodbald[11] duce de manu regis litteras has accipiens et mecum deportans in Franciam super sepulcrum sancti martyris Dionisii[12] conservandas imperpetuum jubente eo posui, ubi[13] pro rege memoria inter reliquos benefactores agatur imperpetuum. Amen.



The above illustration of Offa's seal (in the state seen by Sir F. Madden), attached on placard to this charter, kindly lent by the Council of the Royal Archæological Institute.

Original charter in the Archives de France, K 7, No. 10. The title is on the dors, and repeated four times.
[D.] J. Doublet, *Hist. de L'Abbaye de S. Denys* (Paris, 1625), p. 730.
[F.] M. Felibien, *Hist. de L'Ab. de S. Denys* (Paris, 1706), P. J., No. lxxii, p. xlii.
[M.] Sir Fr. Madden, *Arch. Journ.*, vol. xiii, p. 365.
[T.] J. Tardif, *Archives de l'Empire: Inventaires et Documents, Monuments Historiques* (Paris, 1866), p. 68.

[1] Tomepordig, T.; Tomm perdig, D. F. [2] Et principum meorum, added, D. [3] Hygberth, D. F. [4] -bsi, T. [5] Cynidrydia, T.; Cynidryd, D. F. [6] -rdus, T.; -rd, D. F. [7] Bertuald, M.; Bertuald, F.; this and the following line omitted, D. [8] Æduinus, D. F. [9] ✠ Ego Ædduinus Episcopus omni voto scripsi et confirmavi hanc cartam, added, D. [10] Mu, D. F. [11] Eodbaldo, D. [12] Dionysii, D.; Dionysii, F. [13] Cui, D.

260. *Grant by Egcberth, King of Kent, to Diora, Bishop of Rochester, of land at Halling, on the River Medway, co. Kent.* A.D. 765 × 791.

DE HALLINGAS.

✠ In nomine domini salvatoris nostri Jhesu Christi.

Omnem igitur hominem sicut frequenter celesti magisterio adhortante didicimus. qui sub christiana religione vitæ cælestis præmia consequi desiderat. necesse est ut in præsenti pietatis insistat operibus et terrenis rebus atque transitoriis in quantum Deo largiente sufficiat sibimet æterna mercatur bona. suasque preces ad divinam pervenire clementiam cotidie citius per hoc faciat Quod ipse aliorum in suis necessitatibus libenter exaudiat. attentius reminiscens quod quibusque religiosis postulationibus tanto libentius tantoque promptius consensus præbendus est ⁝ quanto et illis qui precatores sunt utilior res secundum hoc visibile sæculum nunc impertitur. et illis qui concessores existunt pro impertito opere pietatis uberior merces secundum invisibile postmodum tribuetur.

Quamobrem ego EGCBERTH[1] rex Cantiæ tibi dilectissimo episcopo DIORAN atque tuæ æcclesiæ quæ in honore sancti Andreæ apostoli consecrata est pro remedio animæ meæ cum consensu meorum optimatum atque principum terram juris mei decem aratrorum in loco ubi nominatur HALLINGAS cum omnibus scilicet ad eam pertinentibus rebus. juxta terminos indigenis certissimos. cum campis silvis pratis paludibus piscationibus venationibus aucupationibus libenter tenendam possidendamque concedo. Ita ut quicquid de ea agere volueris. liberam per omnia in perpetuo potestatem teneas.

Quisquis igitur heredum successorumque meorum hanc donationem meam augere atque amplificare voluerit. habeat beatam communionem in præsenti cum diligentibus Deum[2]. et in futuro perpetuam cum omnibus sanctis. Quisquis autem malivola mente mente de illa immutare aut imminuere temptaverit ⁝ separetur a societate non solum æternæ felicitatis omnium sanctorum. sed etiam in æterna pœna cum scelerum suorum. crudelibus comparticipibus sit condemnatus[3]. At vero ut hanc donationem meam quilibet hominum aliquando non possit irritam facere ⁝ manu propria signum sanctæ crucis subtus in hac pagina facere curavi.

[1] -berht, K.; Egberth, H. [2] Domini, H. B.; dm', A. (probably mistaken for dñi). [3] Condempnatus, K.

testesque religiosos ut id ipsum facerent adhibeo. Adjectis denberis in commune saltu. Bixle. Speldhirst. Meredæn ðær be eastan. ⁊ Rusteuuellæ. ⁊ Teppanhyse.

✠ Ego Egcberhtus[1] rex hanc donationem a me factam signo sanctæ crucis roboravi.

✠ Ego Heaberhtus rex signo sanctæ crucis roboravi et subscripsi.

✠ Ego Iaenberhtus archiepiscopus gratia Dei consensi[2] et subscripsi.

✠[3] Signum manus Eangisli.

✠ Signum manus Udan.

✠ Signum manus Balthardi.

✠ Signum manus Egesnothi.

✠ Signum manus Uban.

✠ Signum manus Tyccan[4].

✠[3] Signum manus Heardraedi.

✠[3] Signum manus Uuiohtnothi.

✠ Signum manus Coenberhti.

Termini locorum. Sunt autem termini á loco qui vocatur hrofesbreta usque in arborem qui vocatur cutues[5] ac. et inde via recta per medium campum quæ appellatur huiæinhamstedi[6]. usque in locum qui dicitur hallesmeri. et inde circumit per locum qui vocatur heortleagu. usque in flumen medeuuæge.

[A.] *Textus Roffensis*, fol. 127.
[H.] Hearne's edition p. 78.
[S.] MS. Harl. [illegible], f. 4.
[S.] Ashburnham MSS., Stowe 851. p. 10.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. clx. Boundaries, vol. iii, p. 3.

---

261. *Grant by Aldwlf, Duke of the S. Saxons, to the Church of St. Andrew, Ferring, co. Sussex, of land at Gealtborgsteal.* A.D. (711 for) 791.

Carta Aldwlfi ducis Suthsaxonum de Silva in Gealtborgsteal ad ecclesiam de Ferring.

✠ In nomine sancti salvatoris. Omnia quæ secundum præsens sæculum laboramus vix usque ad mortem sufficit[7]. quod vero pro æterna vita agatur utique post mortem conservatur. Idcirco ego

1 Egrb., H. 2 Consensi, S. 3 H. omits the cross. 4 Tycam, H.
5 Cutura, H. K. 6 Hiuetia, H. K.
7 Sufficiat, D.; suffic[iun]t, K.

ALDWLFUS dux Suth Saxonum . aliquantulum[1] silvæ partem juris mei Wethuni[2] episcopo largiri atque distribuere[3] curabam . cum concensu[4] et licentia Offæ regis Anglorum . in loco qui dicitur GEALTBORGSTEAL[5] . ad æcclesiam sancti Andreæ quæ sita est in terra quæ vocatur FERRING . Hic[6] silva certis finibus terminatur: in occidentali plaga . juxta superiorem viam quæ currit ab australi parte usque ad septentrionem . et in altera parte in circuitu campestria .

Qui hanc parvam donationis munificentiam augere et amplificare[7] voluerit . augeat Deus[8] partem ejus in libro vitæ : Si vero quod absit aliquis tyrannica fretus potestate . temerarie tenere aut minuere voluerit . sciat se in tremendo examinis judicio horribiliter incidere in manus Dei viventis .

Et hæc acta sunt in monte qui vocatur Biohtbandoune[9]. anno incarnationis domini nostri Jhesu Christi . DCC . X[C]I[10] . cunctis astipulantibus et confirmantibus nominatis atque infra descriptis .

Ego Ealdwlf qui donavi primum signum sanctæ crucis expressi ✠ .

Ego Eadelwlf consentio et subscribo ✠ .

Chichester Cathedral MS.. Reg. B. xviii, f. 8. | [D.] Dugd., Mon. Angl., vi, 1163.
[K.] Kemble, Cod. Dipl., No. MXV. | [H.] Hardy's MSS. in Record Office.

---

262. *Grant by Aldwlf, Duke of the S. Saxons, to St. Peter's Church, Selsey, of land at Peartingawyrth, or Petworth, etc.* c. A.D. 791.

Carta dicti Aldwlfi de tribus tributariis in Peartingawirth et Welyngawirth .

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi . Nos quidem præsentis vitæ caducam celeritatem considerantes . idcirco unicuique intenta mentis providentia cogitandum est . ut aliquid pro redemptione animæ suæ agat[11] quamdiu vixerit in hoc sæculo !

Quapropter ego ALDWLFUS[12] dux Suth Saxonum aliquam partem terræ juris mei . cum consensu et licentia domini mei Offæ regis Merciorum . ad ecclesiam sancti Petri quæ sita est in venerabili loco que dicitur SELESEY libenti animo concedens donabo . id est

[1] -lam, K. [2] Weðuno, K. [3] Describere, K. [4] Concessu, D.; consensu, K. [5] Cealt., K. [6] Hæc, D. K.; autem, added, K. [7] Ampliare, D. [8] Dominus, D. [9] Biohc., K. [10] DCCXI, D. H.; the inserted [c] suggested by K.
[11] Aget, D. [12] Adw., H. D.

terram trium tributariorum . FIROLALANDES[1] quatinus appellantur hiis nominibus . PEARTINGAWYRTH . WEALINGAWYRTH . cum omnibus ad eam jure pertinentibus rebus . campis . silvis . pascuariis . aucupiis .

Si quis hanc donationem augere et amplificare voluerit . augeat Deus partem suam in libro vitæ . Si quis hanc donationem infringere aut minuere ausus sit . sciat se in tremendo die judicii rationem redditurum coram Deo et angelis ejus . Hujus donationis testes fuerunt hii quorum nomina infra notantur .

✠ Et ego Aldwlf dux qui donavi signum sanctæ crucis infixi .

✠ Ego Gislehere episcopus consensi et subscripsi .

✠ Ego Gidheard . Hunreed . Burchard[2] . Beornulf[3] . Osa ✠ omnes isti consencientes scripserunt .

Ego Offa rex Merciorum hanc terram silvaticam trium tributariorum . secundum petitionem Wethuni[4] episcopi . signo sanctæ crucis confirmo et subscribo ✠ ad æcclesiam sancti Petri Apostoli . sicut prænominatum est .

Ego Ealdfrid rex consensi et subscripsi .

Chichester Cathedral MS., Reg. B. xviii, f. 8.
K.) Kemble, *Cod. Dipl.*, No. mxvi.
(D.) Dugd., *Mon. Angl.*, vi, 1164.
(H.) Hardy's MSS. in Record Office.

263. *Grant by King Offa to Christ Church, Canterbury, of land at Jocham, or Ickham, etc., co. Kent.* A.D. 791.

JOCHAM . PERHAMSTEDE . ROKINGE .

[✠ Anno[5] dominicæ incarnationis . DCC . XCI .] Ego OFFA rex concedo ecclesie Christi CANTUARIE terram juris mei quindecim aratrorum in provincia Cancie in hiis post nominatis locis . id est . JOCHAM[6] . Perhamstede . Rocinga . et in saltu qui dicitur Andred ad pascua porcorum in hiis locis Dinuualingden . Sandhyrste . Suuithelmingden . et in silvis quæ dicuntur . Bocholt . et Bleanheanbric et aliud inter torrentem nomine Northburnan et Hagenatreon et pastum unius gregis juxta theningden et . L . porcorum binnan snæde . Hanc prædictam donationem vobis concedo cum omnibus ad eam rite pertinentibus quam diu tibi vita comes

[1] "*Sic*, MS., for fírgenlandes," K.
[2] Burchard, D. H.
[3] Bornulf, D. H.
[4] Weht., K.
[5] Eadem anno, MS., referring to a previous paragraph.
[6] Sechem, K.

fuerit . liberam ab omni regali tributo . et post obitum cuicumque placuerit danda cum prædicta libertate . Si quis vero hoc donum meum infringere temptaverit : perpetuo anathemate feriatur .

[A.] MS. Lambeth 1212, p. 310. Twysden. *Hist. Ang.*, c. 2219. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. xxiv. MS. Cotton, Cleopatra E. i, f. 67.

Cf. No. 247.

---

264. *Grant by Offa, King of the Mercians, to the Church of St. Alban's, of various lands.* 4 *May*, A.D. (795 for) 792.

✠ Regnante in perpetuum Deo et domino nostro Jhesu Christo. Licet per totum ubique mundum beatorum martyrum qui suum pro Christo sanguinem fuderunt merita divine laudis exultacione celebranda sint . eorumque Dei auxilio exempla gloriosa sequenda : precipue nobis tamen beatissimi ALBANI qui sub hac Britannie insula gloriosus martyrio effulsit memoria . pia semper intencione et sedula sollicitudine observanda est .

Unde ego OFFA gratia Dei rex Merciorum cum filio meo Ecgfrido pro amore omnipotentis Dei et hujus sancti intercessione terram . XXX^a . manensium[1] in locis quorum subinferuntur[2] nomina . domino meo Jhesu Christo ad æcclesiam sancti ALBANI ubi ipse tyro primus in passione victima effectus est . jure perpetuo perdonabo . Eoque delectabilius hanc donationem perficio . quia superna proteccio tam nobile[3] temporibus nostris thesaurum quod diu fuit clausum[4] et hujus terre indigenis abditum[5] . revelare dignata est . Hæc itaque sunt supradictarum vocabula terrarum . et Uuineshauue . XII^cim . manensium cum terminis suis . et Scelfdune sive Baldinigcotum trium manensium . quorum scilicet trium manensium terminati[6] sunt hec[7] . Suanaburna . Heortmere . Stretuuealeb'roc . Item vero . X . manensium ubi dicitur Scuccanhlau . vel Feimtuun cum silva quæ cognominatur Horpudu . cum terminis suis . Æt Lygetune . V . manensium quam videlicet terram Allmundus abbas expedicionem subterfugiens mihi reconciliacionis gratia dabat . Hoc quoque consencientibus episcopis meis et abbatibus . ducibus ac principibus . sub invocacione sancte trinitatis et individue unitatis . donando precipio . quatinus tota terra illa sit libera ab omni tributo . et necessitate . seu regis . seu episcopi . ducis . judicis . et[8] exactorum . et operum que indici

[1] Manentium, K. (throughout). [2] Subinseruntur, K. [3] Nobilem, K. [4] Qui...clausus, K. [5] Abditus, K. [6] Termini, K. [7] Hii, K. [8] Et, omitted, K.

solent . Neque emendacione[1] pontium . neque fossam adversum inimicos faciendam . Totum omne prefate terre stipendium et exaccio . ad supradicti martyris tumbam insolubiliter persolvatur . Et si forte quis intra ejusdem ecclesie potestatem aut extra . cum episcopo . seu abbate . communis inveniatur . bello . furto . vel fornicacione . aut alio quolibet simili reatu astrictus . semper ea pars pene et emendacionis que regi vel episcopo debetur . ad beati ALBANI monasterium inviolato semper fodere[2] reddatur . Credo enim et veraciter confido . quod hec munificentia non solum mihi meisque sed etiam universis . Anglorum populis sublimiter proficiat . quia pro cujus[3] amore ille miles intrepidus meruit coronari . qui tocius mundi pericula passus est suo sanguine expiare . Hec sunt nomina testium qui hanc donacionem meam consencientes signo crucis Christi confirmarent[4].

✠ Ego Offa rex . huic donacioni meæ signum crucis inpono .
✠ Ego Ecgfridus paterne munificencie consenciens subscripsi .
✠ Ego Higbertus archiepiscopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Ceoluulfus episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Heothored[5] episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Unwona episcopus consensi et subscripsi
✠ Signum manus Alhmundi abbatis .
✠ Signum Beonnan abbatis .
✠ Signum Wimundi abbatis .
✠ Signum Forthredi abbatis .
✠ Signum Brordani patricii .
✠ Signum Binnani principis .
✠ Signum Esuuini ducis .
✠ Signum Alhmundi ducis .
✠ Signum Uuigberti ducis .
✠ Signum Æpelmundi ducis .
✠ Signum Eadgari ducis .
✠ Signum Headberti ducis .
✠ Signum Eallmundi ducis .
✠ Signum Cuthberhti ducis .
✠ Signum Eadberhti ducis .
✠ Signum Wulfheardi ducis .
✠ Signum Ealheri ducis .

Perscripta est autem hujus donacionis cartula anno dominice

[1] -nem, K. [2] Federe, K. [3] Ejus, K. [4] -runt, K.
[5] Hea., K.

incarnacionis . DCC° . XC° . V° . Indictione . V^a^ . et regni Offanis[1] . XXX^a^ . V° . sub . IIII^a^ nonas Maias . in loco qui dicitur Ætberanforda .

[A.] MS. Cotton, Nero D. i, f. 141. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLXX.

---

265. *Grant by Offa, King of the English, to Æthelheard, Archbishop of Canterbury, of land at Linga hæse or Hayes; Geddingas, or Yedding; and Tuicanham, or Twickenham, co. Midd. Whit Sunday, 26th May*, A.D. (790 for) 793.

✠ Ego OFFA rex Anglorum . DCCXC . 'anno dominicæ incarnationis nostri autem regni Dei gratia concessi XXX . VIII[2] . cogitans de salute animæ meæ et de statu 'regionis Merciorum[3] perveni ad Lundoniam civitatem ad conloquium[4] venerabilis viri Æþelheardi[5] archiepiscopi et locutus sum cum eo 'quid pro salute animæ meæ et totius gentis Merciorum[6] Deo omnipotenti[7] darem . 'Inter hæc postulavit a me venerabilis archiepiscopus ÆÞELHEARD ut darem sibi[8] aliquod supplementum 'ad æcclesiam[9] sancti salvatoris in urbe[10] DOROBERNIA . dicens cum omnibus episcopis[11] nostræ regionis . esse inonestum[12] non ditari matrem æcclesiarum a filiabus et[13] filiis suis regibus quos fonte baptismatis regeneravit . ego vero consensi petitioni illius[14] et omnium episcoporum nostrorum . 'et dedi[15] illi . XC[16] . tributaria terræ bipertita in duobus locis . LX[17] . in loco qui dicitur on LINGA HÆSE[18] . et GEDDINGAS[19] circa ribulum[20] qui dicitur Fisces burna[21] et . XXX[22] . in aquilonali ripa[23] fluminis Tamis[24] . ubi appellatur TUICAN HAM[25] . 'ut habeat . LX[26] . ad emendationem æcclesiæ sancti salvatoris . XXX[22] . vero in Tuicanhamme[27] ad indumentum fratrum qui serviunt Deo in illa sancta æcclesia . hanc elemosinam humilis et devotus ego OFFA rex Anglorum pro pignore Christianæ fidei totius gentis nostræ offero Deo omnipotenti

[1] Offani, K.
[2] . XXXVIII anno regni mei, D.
[3] Regni mei, D.
[4] Coll., D.
[5] Athel., D.
[6] Ut aliquid, D.
[7] Pro salute anime mee, added, D.
[8] Qui petivit a me ut, D.
[9] Conferrem sibi ad opus ecclesie, D.
[10] Urbe, omitted, D.
[11] Ep. om., D.
[12] Inh., D. K.
[13] Filiabus et, omitted, D.
[14] Metropolitani, added, D.
[15] Dedi enim, D.
[16] Nonaginta, D.
[17] Sexaginta, D.
[18] Linganhese, D.
[19] -ges, D.
[20] Rivulum, D.
[21] -nan, D.
[22] Triginta, D.
[23] Aquiloni parte, D.
[24] Tamisie, D.
[25] Tuuiccanhām, D.; Turcanham, K.
[26] Sexaginta, D.
[27] Tuuiccanhāme, D.; Turcanhamme, K.

ad[1] suam sanctam æcclesiam . ut mei memoria et meæ carissimæ gentis ibi celebretur et Deo commendetur. Erat autem in conventu nostro celeberrimus dies pentecostes . et conventus famulorum Dei quorum nomina scripta sunt hic[2]. Æthelheard[3] archiepiscopus[4]. Ceolþulf[5] episcopus . Unpona episcopus . Haþored[6] episcopus . Ceolmund episcopus . Eallheard[7] episcopus . Elfhun[8] episcopus . Cyneberht[9] episcopus . Deneferþ[10] episcopus . Ƿermund[6] episcopus . Ƿeohthun[11] episcopus . Omnes isti una mecum clamaverunt ad dominum in die sancto in æcclesia sancti Pauli . "Spiritus domini qui hodie replevit orbem terrarum et omnia continet et scientiam habet vocis all'[12]. et omnes sancti Dei apostoli[13] qui ab illo spiritu repleti sunt . tribuat benedictionem sempiternam consentientibus et defendentibus hanc largitatem . et condempnet . et excommunicet . et in hoc sæculo et in futuro eum qui auferat vel minimam partem hujus doni ab æcclesia sancti salvatoris quæ sita est in urbe Cantenuariorum"[14]. Et respondit omnis chorus . "Amen". Ad confirmandum vero hoc largitatis donum hi[15] testes aderant[16] et subscripserunt et confirmaverunt[17] donum salvatori nostro .

Ego Offa rex Merciorum[18] cum benedictione omnium episcoporum impono signum sanctæ ✠ ad confirmationem hujus doni mihi donanti ad redemptionem ! et minuenti ad æternam condempnationem[19] . et sine ullo remedio in inferno ad æternæ poenæ[20] cruciatum .

✠ Ego Ecgferþ[21] rex consensi et subscripsi . et promisi hoc donum semper firmare et augere .

✠ Ego Æthelheard[22] archiepiscopus[4] signum sanctæ crucis impono et in nomine sancti[23] salvatoris conscribo[24] .

✠ Ego Colþulf episcopus consensi .

✠ Ego Unpona episcopus consensi .

✠ Ego Haþored episcopus .

✠ Ego Ceolmund episcopus .

✠ Ego Eallheard episcopus .

✠ Ego Elfhun episcopus .

[1] E., D. [2] Hic scr. sunt, D. [3] Athelhardus, D. [4] Metropolitanus, D. [5] -fus, D. [6] -dus, D. [7] Ealchardus, D. [8] Ælfhunus, D. [9] Cinebyrhtus, D. [10] Deneverthus, D. [11] -nus, D. [12] All'a, D. [13] Ap. Dei, D. [14] Cantuariorum, D. [15] Hii, D. [16] Adherant, D. [17] Et conf., omitted, D. [18] Merc., omitted, D. [19] Dampnacionem, D. [20] Pene, D. [21] Egeuerth, D. [22] Athelhardus, D. [23] Sancti, omitted, D. [24] B. adds:—Omnes quorum supranominati episcopi subscripserunt ; and ends here.

✠ Ego Cyneberht episcopus .
✠ Ego Deneferþ episcopus .
✠ Ego Ƿærmund episcopus .
✠ Ego Ealhmund abbas .
✠ Ego Utel abbas .
✠ Ego Forþred abbas .
✠ Brorda princeps .
✠ Bynna princeps .
✠ Esne princeps .
✠ Heardbriht princeps .
✠ Eþelmund princeps .
✠ Eadgar princeps
✠ Ƿigga princeps .
✠ Cydda princeps .
✠ Cuðberht princeps .
✠ Ceolmund princeps .
✠ Ubba princeps .
✠ Eobing princeps .

Endorsed :—"hyse ⁊ tpiccanham" (*XIth century hand*); "Offa rex Merciorum dedit Aðelardo archiepiscopi et ecclesie Christi . XC . tributaria terre . LX . vero ad emendationem ecclesie . XXX . autem ad indumenta fratrum . Anno DCC°XC°." "On lingahese ⁊ tpicanham." ". LX . on lingahese apud geddinges circa rivulum qui dicitur fisces burne . XXX . apud tuikenham". (*XIIth century hands.*)

[A.] Original Charter in Canterbury Cathedral, printed in facsimile by the Ordnance Survey Commission Part i, 8.
[B.] Reg. Cantuar. A. i, fol. 189.
[C.] Reg. Cantuar. C. i, fol. 69.
[D.] MS. Lambeth, 1212, p. 311.
[K.] Kemble. *Cod. Dipl.*, No. CLIX; from [B. C. D.]
MS. Cotton, Cleopatra E. i, f. 67.
Somner, *Antiquities of Canterbury*, *App.* 41.

---

266. *Profession of Denefrith or Wigbert, Bishops of Sherborne, to Athelard, Archbishop of Canterbury.* A.D. 793, *or* 801.

PROFESSIO SCIRABURNENSIS EPISCOPI.

ATHELARDO archiepiscopo confessio fidei breviter dicenda . sed tamen firmiter tenenda . "Est[1] enim fides sperandarum rerum argumentum non apparentum" . ut apostolus ait . Habeo namque unam trinitatis majestatem in anima mea conditam . ut Iob de resurrectione . Est enim haec spes mea in sinu meo composita .

[1] Cf. Hebr. xi, 1.

Diffidebam enim aliquid de majore gradu quem accipere cogor . recordans apostolum Paulum dixisse " Qui[1] episcopatum desiderat . bonum opus desiderat". Sed et hoc[2] pietatis vestræ præcordiis latere non patiar . quia hujus regiminis fastigium[3] non spontanea voluntate . sed plurimorum Sciraburnensis æcclesiæ famulorum precibus . necnon principum jussione coactus ascendi . non illo decreto quo nos aut rex aut principes nostri beneficiis suis ad hoc inviteut . sed cotidie quod pejus est miseriarum damnis ecclesiasticos viros affligi cernimus . Non enim desiderium habui hujus ministerii laborem intrandi . quia prius cenobialis vitæ congregationem circumplexi . et omnem secularem vel spiritualem sufficientiam in illa conversatione tenui . secundum apostoli dictum . " si[4] habemus victum et vestimentum . in his contenti sumus" Et maxime quia meipsum coram Deo et hominibus nimium peccatorem novi et indignum tam magni honoris etiam nomen accipere . ut quidam sapientum ait . " Magnus quidem honor . sed grandis labor". et Sanctus Gregorius pater noster in Deo . " Difficile possum alios ad litus perfectionis deducere qui adhuc in delictorum fluctibus versor". Hoc saltem de nobis ultimis et pene pessimis dicendum est ! quod sanctitatis vir de semetipso proferebat . Et alibi . " Quis ergo regnum . quis opes . quis gloriam ! quærit innoxie . si et illi extiterunt noxia . qui eos[5] habuit non quæsita" ? Iccirco his sententiis admonitus . excellentiæ vestræ almitatem humillima prece deposco . cum vestris obtutibus præsentabimur . si hoc vobis placet ut gradum nobis imponatis ! vestris orationibus adjuvemur . et divinis astipulationibus sustentemur . et nos cum omni humilitate promptam obedientiam vobis et verbis confitebimur . et actibus subsequemur . favendo . fulciendo . firmando archiprimatum pontificalis apicis metropolitanæ Dorobernensis æcclesiæ inviolabili fide sectando . laborando . certando quam diu vita comes fuerit in omnibus ubique viribus meis ut clemens omnipotens indultor adjuvet statum regni vestri prosperis successibus . Testem invoco Deum in omnibus me sine fine mansurum absque ulla ambiguitate usque ad calcem vitæ meæ perseverando ad illam prædictam sedem . tibi Ethelarde archiepiscope tuisque successoribus perenni titulo crucis Christi firmando roboravi .

[A.] MS. Cotton., Cleopatra E. i, f. [illegible]. Hearne's ed. of *Text. Roff.*, p. [illegible].

[H.] Haddan and Stubbs, iii, p. [illegible]; from [A. and *Anglia Sacra*, i, 79

[1] 1 Tim. iii, 1. [2] Hæc, H. [3] Fastigium, omitted, H. [4] 1 Tim. vi, 8. [5] Ea, H.

267. *Grant by Offa, King of the Mercians, to St. Alban's Abbey, of lands at Caegesho, or Cashiobury, co. Herts, etc.* A.D. 793.

✠ Regnante domino nostro Jhesu Christo in perpetuum. Decet igitur ut regalis benignitas omnipotentis Dei et sanctorum martyrum quantum valeat honore[1] previdеat. Quia honor Dei et pia in sanctis ejus devocio ! stabilitas est regni terreni. et prosperitas longevæ vitæ ! et indubitata eterne mercedis retribucio.

Unde ego OFFA rex Merciorum cum Egfrido filio meo et omni consensu synodali. pro remedio et salute animarum nostrarum. terram quinquaginta mansionum in locis infra dictis id est ubi dicitur æt CAEGESHO mansiones. XXX^{ta}. IIII^{or}. on dæt Heanhamstede. VI. mansiones et Stanmere. X. mansiones. cum segitibus. pratis. pascuis. et silvis. et omnibus rebus mobilibus vel fixis ad ea prenominata loca rite pertinentibus. domino meo Jhesu Christo[2]. et sancto ALBANO martyri. cujus reliquias in spem prosperitatis presentis et futuræ beatitudinis divina ostendit nobis gratia. in jus monasteriale tradens donabo. Quatinus perpetuo jure prefata terra. sancti martyris ALBANI ecclesiæ deserviat. Et per magnum omnipotentis Dei nomen et terribile ejus judicium adjuro. immo et impero. quod nullus supervenientibus temporibus seu rex seu episcopus. aut aliqua magna vel parva persona. aliquid de his meis donis quæ Deo et sancto martyri ejus dedicavero. immutare. seu auferre. seu imminuere presumptiose audeat. Ne[3] aliquam molestiam aut ecclesiæ aut silvis ad eam pertinentibus inferre presumat. sed sit libera omnino ab omni[4] tributo et necessitate. seu regis. seu episcopi. ducis. judicum. comitum. exactorum eciam et operum quæ indici solent. necnon et expedicionis. et omni edicto publico. perpetuo eam libertate donabo. Sed obsecro quatinus studeant supervenientes reges auxiliare. defendere. et curam illius ecclesiæ habere in omni bonitate. sicut et ego habeo. Ut sit illi et regno ejus[5] benediccio et proteccio. a domino Deo et sancto ejus martyrio[6] in perpetuum. Si autem quisquam loci hujus curam non habuerit. vel eum maliciose tractaverit ! sciat et senciat sancti martyris seipsum benediccione privari. et racionem ante tribunal Christi redditurum. Hoc vero monasterium cum his prefatis terris. Willigoda presbiter habeat et regat dies suos. et monachicam in eo vitam vivat[7]. doceat. et quantum valeat erigat. Post dies

[1] Honori, K. [2] Christo, omitted K. [3] Nec, K. [4] Omni erased in MS., but faintly shown. [5] Illis......eorum, K. [6] Martyre, K. [7] Vivat, omitted, K.

autem illius eligant sibi fratres cum consilio illius episcopi qui super eos erit. si habent dignum et monachicæ vitæ eruditum ex semetipsis quem voluerint. Si autem quod non opto acciderit quod ibi dignus nequeat inveniri : prevideat ille episcopus cum consilio fratrum qui illud monasterium digne secundum regulam monachicæ vitæ gubernare sciat et velit.

Jam jamque. iterum iterumque. in nomine domini precipio et adjuro. quatinus in[1] eo loco regula sancti Benedicti abbatis doceatur et exerceatur quantum possibile est : perpetuo jure. Et si ipsa elemosina oret ad dominum profaciente : tamen obsecro ut assiduæ intercessiones pro anima mea et amicorum meorum. canonicis horis semper in ea ammoneantur ecclesia. quatinus omnipotentis Dei clemencia. quæ tale thesaurum temporibus meis gentibus et populis Anglorum aperire dignata est : mihi quoque eternum in[1] celis thesaurum cum sanctis suis donare dignetur.

Scripta est hec cartula anno dominicæ incarnacionis. DCC°.XC°.III°. indiccione. III^a. anno vero Offan regis Merciorum. XXX°. VI°. in loco celebri qui dicitur Celchyth. presenti synodali conventu. testibusque infra nominatis confirmata. Data die regnante domino nostro in perpetuum.

Testimonia magnatum. ✠ Ego Offa hanc donacionem meam signo crucis Christi confirmo.
✠ Ego Ecgfridus similiter consencio et subscribo.
✠ Ego Ceoluulfus rex ad ipsum consencio.
✠ Ego Cenuulfus rex consencio.
✠ Ego Beornulfus rex.
✠ Ego Ludecha rex.
✠ Ego Uuilaf rex.
✠ Ego Ecgbirhtus rex.
✠ Ego Beortulfus rex.
✠ Ego Burhredus rex.
✠ Ego Ælfredus rex.
✠ Ego Higberctus archiepiscopus consensi et subscripsi.
✠ Signum Æþelheardi archiepiscopi.
✠ Signum Ceolpulfi episcopi.
✠ Signum Hunwone episcopi.
✠ Signum Ceolmundi episcopi
✠ Signum Ealcheardi episcopi.
✠ Signum Ælfhuni episcopi.
✠ Signum Heaberti episcopi.
✠ Signum Heathoredi episcopi.

[1] In, omitted, K.

✠ Signum Cyneheardi episcopi.
✠ Signum Deneferdi episcopi.
✠ Signum Cenpalchi episcopi.
✠ Signum Ƿermundi episcopi.
✠ Signum Ƿihthuni episcopi.
✠ Signum Ƿynberhti episcopi.
✠ Ego Ƿicga dux.
✠ Ego Æþemundus dux.
✠ Hearbertus dux.
✠ Brorda dux.
✠ Binna dux.
✠ Esne dux.
✠ Heaberht dux.
✠ Cudbehr dux.
✠ Ceol.
✠ Æmund dux.
✠ Ceolpeordus dux.

[A.] MS. Cotton, Nero D. i, f. 146.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLXII; from [A.]
Dugd., *Mon. Angl.*, ii, 238.

---

268. *Charter of Offa, King of the Mercians, to Croyland Abbey.* A.D. 793.

OFFA rex Merciorum omnibus per universum regnum Merciæ philochristis salutem perpetuam.

Indesinenter recolens quod breves dies hominis sunt, et in hac paucitate dierum nostrorum quæcunque seminaverit homo, hæc et metet, cupio per vitæ meæ præsentis sancta opera mercari mihi et metere in futuro præmia sempiterna. Ideoque PATRITIUM abbatem Croylandiæ, ac monachos suos ibidem Deo servientes, et servos suos universos, ipsumque locum CROYLAND et omnia quæ sua sunt accipio in manum meam et tanquam fratres meos monachos de sancto Albano liberos et solutos esse ab omni onere sæculari, et quietos ubique per regnum meum ab omnibus vectigalibus haberi precipio; et confirmo eisdem prædictum monasterium suum cum omnibus possessionibus suis ac aliis rebus quascunque cognatus meus quondam inclitus rex Ethelbaldus fundator dicti monasterii contulerat eisdem, et quæcumque proceres sui vel mei postea contulerunt seu conferent in futurum, vel quæcunque fideles Christi dicto monasterio Croylandiæ conferent in æternum.

Istud chirographum anno incarnationis domini nostri Jhesu Christi septingentesimo nonagesimo tertio. Ego Offa rex Merciorum concessi, et confirmavi.

✠ Ego Ethelardus archiepiscopus Dorobürnensis consensi.
✠ Ego Egbaldus episcopus Winchester subscripsi.

✠ Ego Aldredus episcopus Dorcasistrensis subnotavi.
✠ Ego Aldulphus episcopus Lichfeld collaudavi.
✠ Ego Benna abbas de Medeshamsted corroboravi.
✠ Ego Ceolburga abbatissa de Berdea aspiravi.
✠ Ego Heabericthus comes ad imperium domini mei regis consignavi.
✠ Ego Tilherus presbiter domini mei regis Offæ ad ejus præceptum hoc chirographum manu mea scripsi.

[A.] Brit. Mus., MS. Arundel, 178, f. 24 (Ingulph.), ed. Birch, 1883, p. 10; ed. Savile; ed. Fulman.

---

269. *Confirmation by Offa, King of the Mercians, to the see of Worcester, of land at Austan, or Aston, co. Worc.* A.D. 794.

AUSTAN.

✠ Omnis itaque hujus vitæ prosperitas Deo miserante existit. etiam et futuræ vitæ beatitudo eo largiente perveniet.

Contigit autem in diebus OFFANI regis Merciorum quod Bynna comes regis sustulit sine recte[1] hanc terram æt AUSTAN. V. manentes quod Æðelbald rex ante liberavit. et hoc recte pertinebat ad sedem episcopalem. in ƿEGIRN[S] civitate. Tunc fuit synodus in loco qui dicitur Clofeshoas. Anno [ab] incarnatione Christi. DCC. XC°. IIII. regni Offani. XXXVII°. anno. Tunc episcopus Heaðoredus cum conscientia totius synodalis concilii. referebat et fiducialiter incunctanterque confirmavit. cum testimonio scripturarum illarum quas[2] Æðelbald rex ante in æternam libertatem suis processoribus præscripsit. Et tunc rex cum omni consilio sancti concilii. consentiebat quod episcopus præfatus salva manu accipiebat in contenditum. suam propriam prænominatam terram. et hoc cum confirmatione sanctæ crucis Christi omnes munierunt ut firma et infracta permaneat in aevum.

✠ Ego Offa rex Merciorum signo sanctæ crucis confirmavi.
✠ Ego Ecgferð filius regis consensi et subscripsi.
✠ Signum Hygeberhti archiepiscopi.
✠ Signum Æðelheardi archiepiscopi.
✠ Signum Ceolpulf episcopi.

[1] Recta, K. [2] Quam, K.

✠ Heaðored episcopi.	✠ Alhmund dux.
✠ Cyneberhti episcopi.	✠ Bynna dux.
✠ Deneferð episcopi.	✠ Ƿigberht dux.
✠ Ƿigmund abbas.	✠ Heardberht dux.
✠ Brorda dux.	✠ Uoba dux.

[A.] MS. Cotton, Tiberius A. xiii, f. 54. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLXIV; from [A.]

---

270. *Letter of Charlemagne, King of the Franks, to Offa, King of the Mercians.* A.D. 772 × 795.

KAROLUS gratia Dei rex Francorum et Longobardorum. et patricius Romanorum ! viro venerando et fratri karissimo OFFÆ regi Merciorum salutem.

Primo gratias agimus omnipotenti Deo de catholicæ fidei sinceritate[1] ! quam in vestris laudabiliter paginis repperimus exaratam[2]. De peregrinis vero qui pro amore Dei et salute animarum suarum beatorum apostolorum limina desiderant adire[3] ! cum pace sine omni perturbatione vadant. Sed si aliqui non religioni servientes. sed lucra sectantes inveniantur inter eos ! locis oportunis statuta solvant thelonea. Negotiatores quoque volumus ! ut ex mandato nostro patrocinium habeant in regno nostro legitime. Et si in aliquo loco injusta affligantur oppressione ! reclament se ad nos vel nostros judices. et plenam jubebimus justiciam fieri. Cognoscat quoque dilectio vestra[4] quod aliquam benignitatem de dalmaticis nostris vel palliis ad singulas sedes episcopales regni vestri vel Ethelredi direximus ! in elemosinam[5] domini apostolici[6] Adriani. deprecantes ut pro eo intercedi jubeatis. nullam habentes dubitationem beatam illius animam in requie esse ! sed ut fidem et dilectionem ostendamus in amicum nobis karissimum. Sed et de thesauro humanarum rerum quem dominus Jhesus nobis gratuita pietate concessit ! aliquid per metropolitanas civitates[7] direximus. Vestræ quoque dilectioni unum balt'h'eum. et unum gladium huniscum. et duo pallia serica[8].

[A.] Brit. Mus., MS. Reg. 13 D. ii, f. 23. Will. Malm., *Gesta Regum*, ed. Hardy, i, 128. | [B.] Ric. de Cirencestria, ed. Mayor, i, 246.

[1] Sciuceritate, B. *MS.* [2] Exoratum, B. *MS.* [3] Ad dea., B. [4] Vestra, omitted, B. [5] Elecmosynam, B. [6] Papæ, B. [7] Metropolitanos civitatis, B. [8] Direximus destinanda. Valete., added, B.

271. *Sale by Beonna, Abbot of Medeshamstede, to the Prince Cuthberht, of land at Swineshead, co. Lincoln.* A.D. 786 x 796.

✠ In nomine gubernantis Dei monarchiam tocius mundi. Ego BEONNA abbas gratia Dei cum conscientia et licentia fratrum Deum colentium in monasterio quod apellatur MEDESHAMSTEDE. tradidi Cuthberto principi terram . x . manentium . quæ nuncupatur æt SUINESHEABDE. cum pratis et pascuis ac silvis cunctisque ad se pertinentibus. Hanc autem terram ille Cuthbert a me digno comparavit pretio. id est mille solidis. et singulis annis mihi meisque successoribus unius noctis pastum aut triginta *(blank)* ravit siclos. Hoc territorium præfatus princeps ea condicione adquisivit. ut post completionem diei illius qui ab eo meruere satagunt heredibus derelinquat. et heredes prædecessoris præfatam condicionem conservent in pastu vel pecuniæ. et post vitam illorum absque offendiculo pacis ad jus pristinum ante nominata terra revertatur. Hujus autem rei ita gestæ hi fideles testes aderant et conscripserunt.

Ego[1] Offa gratia Dei rex Merciorum signo crucis Christi propria manu roboravi.
Ego quoque Egferth rex Merciorum consensi et subscripsi.
Ego Hygeberht archiepiscopus firmando subscripsi.
Ego Cepulf[2] episcopus scribendo consensi.
Ego Unpona episcopus scribendo firmavi.
Ego Beonna abbas hanc meam munificentiam signo crucis Christi firmavi.
Ego Ƿbald[3] presbyter et sic consensi.
Ego Beorpald[4] presbyter subscribendo consenso.
Ego Eanred presbyter subscribo et consenso.
Ego Tilþegn scribendo firmavi.

[A.] MS. Soc. Antiq. Lond. LX, f. 38. | Hardy's MSS. in Record Office.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLXV.

[1] K. places a ✠ at the commencement of each paragraph. [2] Ce[ol]wulf, K.
[3] Cu[ig]bald, K. [4] Beornwald, K.

272. *Grant by Offa, King of the English, to Worcester Cathedral, of land at Westbury and Hanbury, co. Worcester.* A.D. 791 × 796.

TO ƿEST BYRIG . ⁊ TO HEAN BYRIG .

In nomine domini nostri Jhesu Christi qui cuncta regit saecula. Ego OFFA trado illam terram æt ƿESTBYRI cum omnibus ad se pertinentibus . LX . mañ . et in alio loco æt HEAN BYRI . X . mañ to ƿeogra ceastre pro remedio animæ meæ ac parentum meorum post obitum meum et filii mei Ecgfridi . eadem libertatis dicione in omnibus rebus possidendam . qua eam ante Æþelbaldus rex avo meo Eanulfo conscripserat . id est ut sit libera tam in terrarum donatione et in omnibus causis modicis et magnis inconcussa permaneat quamdiu fides christiana apud Anglos in Bryttannia maneat. Hoc itaque cum consilio pontificum meorum et senatorum firmo fœdere judicavi . ut nulla sæcularis dignitas de nostra hereditate plus his in magno vel modico per vim aut petitionem aliquid exigat . Hi sunt testes .

✠ Ego Offa rex Anglorum hanc donationem confirmo .
✠ Ego Ecgfriðus clito dono patris mei consensi .

✠ Ego Æþelheard archiepiscopus.
✠ Ego Heaðored episcopus .
✠ Ego Uþona episcopus .
✠ Ego Brordan princeps .
✠ Ego Beonna abbas .
✠ Ego Alhmund abbas .
✠ Ego ƿimund abbas .
✠ Ego Forðred abbas .
✠ Ego Bynna princeps.
✠ Ego Esne dux .
✠ Ego Æþelmund dux.
✠ Ego Alhmund dux .
✠ Ego ƿiberht dux .
✠ Ego ƿicga dux :
✠ Ego Alhmund dux .
✠ Ego Eadgar dux :—

[A.] MS. Cotton, Nero E. i, f. 387b. KC/165.

---

273. *Another form of the preceding Charter.*

ƿESTBURH ⁊ HEANBURH .

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi .

Ego Offa trado illam terram æt ƿESTBYRIG . Cum omnibus ad se rite pertinentibus id est sexaginta manentium . et in alio loco æt HEANBYRIG . XX . manentium To ƿEOGERNA cestre pro remedio animæ meae ac parentum meorum post obitum meum et filii mei

Egcfriði et eadem libertatis dicione in omnibus rebus jure permanendam . qua eam ante Æþelbaldus rex avo meo Eanulfo conscripserat id est ut sit libera tam in terrarum donatione seu in omnibus causis parvis vel magnis inconcussa permaneat usque in saeculum tam diu fides Christiana apud Anglos in Brittannia maneat . Soluta sit ab omni vi regum et principum et subditorum ipsorum in summo Dei nomine praecipimus praeter his vectigalibus hoc est . þæs gafoles æt Ƿestbyrig tpa tunnan fullo hlutres aloð ⁊ cumb fulne liðes aloð ⁊ cumb fulne pelisces aloð . ⁊ VII hriðru ⁊ six peðeras . ⁊ XL . cysa . ⁊ VI . lang þero ⁊ þritig ombra rues cornes feoper ambru meolpes . ad regalem vicum . Hoc itaque cum consensu et consilio pontificum et senatorum meorum firma[1] foedere dejudicaverunt nulla regalis vel principalis aut aliqua saecularis dignitas de nostra hereditate plus his in modico vel in magno appetendo per vim aut petitionem aliquid exigerit absque hoc tantum quod haec presens cartula continet .

✠ Ego Offa gratia Dei rex hoc regi singulis annis statum censum manus meæ propriæ signo confirmo .
✠ Ego Ecgferð e[j]usdem regis filius consensi et subscripsi .
✠ Ego Æþelheard archiepiscopus consensi et subscripsi
✠ Ego Heaðored episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Uuona episcopus consensi et subscripsi .
✠ Signum Brorlani patricii .
✠ Signum Beonnani abbatis .
✠ Signum Alhmundi abbatis
✠ Signum Ƿigmundi abbatis .
✠ Signum Forðredi abbatis .
✠ Signum Bynna principis .
✠ Signum Esne ducis .
✠ Signum Æðelmund ducis .
✠ Signum Alhmund ducis .
✠ Signum Ƿigberht ducis .
✠ Signum Ƿigcgan ducis .
✠ Signum Eadgar ducis .
✠ Signum Alhmund ducis .

[A.] MS. Cotton, Tiberius A. xiii. f. 48.
[K.] Kemble, Cod. *Dipl.*, No. clxvi ; and
[T.] Thorpe, *Dipl.*, p. 39, gives a text compounded of this and the previous number.

[1] Firme, K. T.

274. *Grant by King Offa to the thegn Æðelmund, of land at Westbury, co. Glouc.* A.D. 793 × 796.

✠ ☧ In nomine summi tonantis qui est Deus benedictus in sæcula amen. Regibus potentibus et hujus sæculi divitibus cum fallacibus istius lugubri mundi substantiis quæ omnia sicut umbra evanescunt. æternæ vitæ præmia mercanda sunt.

Quapropter ego OFFA rex a rege regnum constitutus. terram. L.V. cassatorum in provincia huuicciorum ubi nominatur. UUESTBURG[1]. prope flumen qui dicitur Aben[2]. AEÐELMUNDO fideli meo ministro pro ereptione animæ meæ in libertatem perpetuam sub hac condicione libens concedo, ita ut ab omni tributo parvo vel majore publicalium[3] rerum et a cunctis operibus vel regis vel principis sit in perpetuum libera, preter expeditionalibus causis et pont'i'um structionum et arcium munimentum quod omni populo necesse est[4] ab eo opere nullum excussatum esse, Scripta est autem hæc libertatis kartula[5] ab universo concilio synodali in loco celeberrimo qui nuncupatur. CLOBESHOAS[6]. quorum signa et nomina infra tenentur...,

✠ Ego Offa rex Dei dono propriam donationis libertatem signo sanctæ crucis confirmo.
✠ Ego Ecgferð filius regis consensi.
✠ Signum Hygeberhti archiepiscopi.
✠ Signum Æðelheardi archiepiscopi.
✠ Signum Ceolulfi. episcopi.
✠ Signum Haðoredi[7]. episcopi.
✠ Signum Unu'u'ona. episcopi.
✠ Signum [C]yneberhti. episcopi.
✠ Signum [D]eneferði. episcopi.
✠ Signum Ceolmundi. episcopi.
✠ Signum Coenpalh. episcopi.
✠ Signum Uuermundi[8]. episcopi.
✠ Signum Alhheardi. episcopi.
[9]✠ Signum Ælfnuni episcopi.
[9]✠ Signum Uuiohtuni episcopi.
[9]✠ Signum Alhmund' abbatis.
✠ Signum Beonnan abbatis.

[1] pestburg, B. [2] Aven, B. [3] Pupl., B. [4] Agere atque, added B. [5] Cart., B. [6] Clofeshoas, B. [7] Heaðoredi, B. [8] perm., B. [9] These lines omitted, B.

✠ Signum Uuigmundi abbatis[1].
✠ Signum Utel, abbatis.

✠ Brorda.	✠ Bynna.	✠ Alhmund.
✠ Esne.	✠ Æðelmund.	✠ Uuigberht.
✠ Heardberht.	✠ Uuynberht.	✠ Ceolmund.
✠ Ubba.	✠ Lulling.	✠ Eafing.

Endorsed in a hand of the XIth *cent.*, "Westbýrig".

A.] Original Charter in British Museum, Add. 19,790.
Brit. Mus., *Facs.* ii, 5.

[B.] MS. Cotton, Tiberius A. xiii, f. 82, with marginal title:—pestburh.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLXVII.

---

275. *Grant by Offa, King of the Mercians, to the Church of Woccingas or Woking, co. Surrey.*

✠ In trino nomine divinitatis individuæ. Juste a nobis pietatis opera persolvenda sunt. Iccirco ego OFFA ipso piissimo præordinante[2] Deo rex Merciorum rogatus a venerabili abbati meo nomine PUSA. simul et a præfecto meo vocabulo BRORDA. ut aliquam liberalitatem ejus ecclesiæ quæ sita est in loco ubi dicitur WOCCINGAS concederem. quod et libenter facere juxta eorum petitionem providi. et pro expiatione piaculorum meorum domino devote largitus sum: et ut memoria nominis mei apud eandem æcclesiam pro domino perpetualiter perseveret. Hæc est ergo præfata munificentia quam in posteros protelatam decrevi. XX tantum manentium in loco in quo illud monasterium situm est. ut absque impedimento secularium negotiorum ac regalium tributorum sive expeditionum aut jussionum incognitarum. soli domino serviens sancta congregatio juris sui ac dominationis potestate propria non privetur.

Si quis vero hanc prædictam liberalitatem extraneorum sive regum sive judicum vel etiam principum in modico seu in magno irritam ducere aut infringere temptaverit. sciat se in magno judicii die districtam ac tremebundam coram Christo atque angelis ejus subire sententiam.

Actum publice ac confirmatum in regione Suthregeona. villa regali. nomine Freoricburna. Consentientibus una mecum ac roborantibus idoneis testibus ac principibus. quorum nomina infra tenentur ascripta.

Ego Offa regia dignitate præditus hanc donationem a me

[1] B. and K. stop here. [2] Supraordin., Hardy.

confirmatam manu propria per crucis signum confirmavi.
Signum manus Brordan præfecti.
Signum manus Berhtuualdi principis.
Signum manus Bryni.
Signum manus Aldheri comitis.

[A.] MS. Soc. Antiq., Lond., lx, f. 324.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. clxviii; from [A.]

Hardy's MSS. in Record Office.

---

276. *Profession of obedience by Eadulf, Bishop of Lindsey, to Æthelard, Archbishop of Canterbury.* A.D. 796.

PROFESSIO EADULFI EBORACENSIS ARCHIEPISCOPI.

Domino meo vere amantissimo ÆTHELARDO Archiepiscopo. EADULFUS Eboracensis humilis episcopus tuusque amicus perennem in domino salutem.

Solet namque sancta æcclesia juxta normulam paternæ traditionis. gloriosissimis verbi prædicatoribus scilicet episcopis ex hac luce migrantibus alios iterum Deo auspice in regimen Christianæ plebis præsules promovere. Quatinus per eos interim fides sancta augeatur. et verbum Dei non deficiat. sed magis crescat et currat. et multiplicetur in laudem et gloriam domini nostri Jhesu Christi. secundum illud psalmistæ. "Pro[1] patribus tuis nati sunt tibi filii." Cujus videlicet episcopi quisquis ille est fides primum discutienda est. si de domino bene ipse sentiat quod aliis prædicare conatur. ac sic paulatim quæritur. Si docibilis. si moribus temperatus. si sobrius. si vita castus. si humilis. si affabilis. si misericors. si litteratus. si in lege domini instructus. si in scripturarum sensibus cautus. si in dogmatibus æcclesiasticis exercitatus. Ad hæc tibi amantissime pater me idoneum ut fertur non esse respondeo. tamen quantum in me puræ fidei cognitionis est tibi ocius expedire curabo. Credo Deum patrem. et filium. et spiritum sanctum. atque in trinitate Deum plenum confirmans. et totas tres personas unum Deum. incarnationem quoque divinam non in patre factam neque in spiritu sancto. sed in filio tantum. Ut qui erat in divinitate Dei patris filius. ipse fieret in homine hominis matris filius. Deus verus ex patre. homo verus ex matre. qui est unus Deus creator omnium: quæ sunt cum patre et spiritu sancto. qui passus

[1] Psal. xliv, 17.

est vera carnis passione . et resurrexit vera carnis resurrectione . et animæ resumptione . in qua veniet judicare vivos ac mortuos judicio perenni . Hoc absque ambiguitate credo . hoc laudo . hoc confiteor . et per populos predicare desidero . In hujus etiam summam professionis a reverentissimo Æthelardo pontifice eruditus . pontificatus licet indignus promerui dignitatem . Cujus etiam quanto tempore aura vescar ætherea jussionibus non reluctor . sed semper obœdientiæ meæ humilis colla summittere curabo tibi Æthelarde archiepiscope tuisque successoribus in perpetuum . Et si diversi quondam diversa sectarentur ! meæ saltem obtemperantiæ servatur diligentia . unde honoris experientiam percepturus sum . ac gloriosissimi quique gentis nostræ presules perceperunt . Nec ab re est si ad episcopalem beati Augustini sedem cui pius præsidet Æthelardus episcopus non ego tantum sed et omnes mecum præsules prospiciant ad Doroberniam civitatem . unde nobis omnibus æcclesiasticæ dignitatis ordo . beato Gregorio dirigente ministratur . Sed te precor amantissime pater ut quem solita pietate rudimentis fidei imbuisti tua paterna benedictione non deseras . ut quos affectuosa junxit familiaritas ! beata remuneratio non separet sempiternos . Hanc præscriptam paginam ego Eadulfus episcopus mea propria manu cum vexillo sancte crucis Christi confirmabo et subscribo . Opto bene valeas pater beatissime semper . Plurimis annis incolumitatem vestram gratulabundus audire merear .

[A.] MS. Cotton, Cleopatra E. i. f. 16 .
Reg. Cant. A. i, f. 236.
Textus Roffensis, ed. Hearne, p. 348.

Haddan and Stubbs, iii, p. 508; from [A.] and other sources.

---

277. *Grant by Ecgfrid, King of the Mercians, to the Prince Æthelmund, of land at Huntena tun.* A.D. 796.

HVNTENA TVN.

✠ Sæculi namque labentis tempora . sicut umbræ fugientes sic velociter tranant . variaque eventuum status in cogitationes hominum conscendunt . Quapro[p]ter ego ECGFRIDUS rex Merciorum concedo meo fideli principi . III . cassatos æt HUNTENA TUN ÆÞELMUNDO liberaliter ad possidendum . pro ereptione peccaminum meorum . sicut antea Uhtred et Aldred Beornardo concesserunt . Et hoc gestum est in celebri vico qui Saxonice vocatur æt Baðum . his testibus consentientibus .

✠ Ego Ecgfridus rex hanc meam donationem confirmavi .
✠ Ego Brihtricus rex .

✠ Ego Aðelhardus archiepiscopus .
✠ Ego Heaðored episcopus .
✠ Ego Eadulf electus .
✠ Ego Forðred abbas .
✠ Ego Brorda princeps .
✠ Ego Æþelmund .
✠ Ego Eadgar .

[A.] MS. Cotton, Nero E. i, f. 387*b*. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLXX; from [A.]

---

278. *Another form of No.* 277.

HUNTENA TUN.[1]

✠ In nomine domini nostri . Ego ECGFRIDUS Deo donante rex Merciorum . ÆÐELMUNDO . meo fideli principe hanc prænominatam terram tres cassatos id est HUNTENA TUN . etiam liberaliter illi omni rei et firmiter ad habendum concedo . Pro ereptione peccaminum meorum et salute animæ meae . Ac sicut antea Aldred et Uhtred subreguli Huuicciorum Beorhearde concesserunt . Sic iterum plene conscribimus illi cum omnibus utilitatibus quæ ad illius agri cultura rite pertinet[2] . Et hoc gestum est in celebre monasterio quod Saxonice nominatur æt Baðun . Et hii testes adfuissent[3] . quorum hic nomina et signa tenentur .

✠ Ego Ecgfriðus rex Merciorum hanc meam elemosinam signo crucis Christi confirmabo .
✠ Ego Berhtric rex Occidentalium Saxonum signo crucis Christi munio .
✠ Ego Æðelheard archiepiscopus consigno et subscribo .
✠ Ego Heaðored episcopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Eaduulf electus consensi et subscripsi .
✠ Ego Forðred abbas consensi .
✠ Brorda . ✠ Æðelmund . ✠ Eadgar .

MS. Cotton, Tiberius A. xiii, f. 52. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLXXI; from [A.]

[1] On margin; and in a later hand, "Hätona", MS. [2] Culturam . . pertinent, K. [3] Adfuerunt, K.

---

279. *Grant by Egeferth, King of the Mercians, to Malmesbury Abbey, of land at Purton, co. Wilts.* A.D. 796.

DE PERYTUN[1] QUAM EGIFERÐ REX MELDUNENSI CENOBIO DEDIT.

In nomine domini. Itaque ut apostolicum testatur oraculum. Nichil intulimus in hunc mundum. nec auferre quid possumus. Iccirco terrenis æterna mercanda sunt. Quapropter[2] Ego EGEFERTH rex Merciorum[3] anno primo regni nostri[4] a Deo concessi. rogatus a Beorhtrice[5] rege occidentalium Saxonum. et Athelwardo[6] archiepiscopo terram. XXXV. manentium in loco qui vocatur Aet PIERTEAN[7] ab orientali parte silvæ quæ appellatur[8] Braden. reddidi abbati CUTHBEORHTO[9] et fratribus monasterii MALDUBIENSIS pro indulgentia piaculorum meorum et pro requie animæ patris mei Offan. quam ille vivens abstulit ab eis. Ea scilicet ratione concedo terram supradictam ut secularibus regum serviciis[10] libera sit ad serviendum necessitatibus fratrum Deo servienciuin[11] in prædicto monasterio. ut memoria nostra in illo loco sancto in sanctis orationibus apud eos mane[a]t imperpetuum[12]. Sed[13] etiam Abbas et fratres ejusdem monasterii in comparacione[14] terræ illius dederunt michi duo milia solidorum argenti puri. Et hoc feci cum consilio episcoporum ac principum meorum quorum nomina subter asscripta sunt.

Et[15] actum est anno ab incarnacione Christi. DCC. XC. VI. indictione. IIII[a][16]. Augentem hanc meam elemosinam Deus conservet et benedicat. Minuentem ac frangentem quod non optamus : nomen ejus eradicetur[17] de terra viventium et a societate sanctorum privetur[18] : nisi digne emendaverit[19].

[1] Purtun, B. [2] Itaque......quapropter, omitted, W. [3] Mert., W. [4] Nobis, W. [5] Brihtrico, W. [6] Æthelwardo, B.; Athelhardo, K.; Ethelardo, W. [7] Piergean, B.; et Pirigean, W. [8] Vocatur, W. [9] Cuthberhto, W. [10] Servitiis, W. K. [11] Servientium, W. K. [12] Inperp., B. K. [13] Et, K. [14] -atione, W. K. [15] Hoc, added, W. [16] A transitu patris Aldhelmi anno octogesimo septimo, added, W. [17] Minuentis vero et frangentis nomen, quod non optamus nomen, eradicabitur, W. [18] Privabitur, W. [19] Text of W. ends here, but the author continues thus.—"Subscripsit Ethelardus archiepiscopus, qui, ex abbate prius Meldunensi et episcopo postea Wintoniensi, supremum honorem nactus, Cuthbertum hunc constituerit Melduni abbatem. Subscripsit Beorhtricus rex Westsaxonum. XVI. annis post Kinewlfum. Subscripserunt episcopi, Cineberht Wintoniensis, Denefrith Scireburnensis, Hedured Wigorniensis, Edulf electus ad Hereford."

Ego Egeferh[1] rex Merciorum hanc meam donacionem signo sanctæ crucis confirmavi.
Ego Beorhtrich rex occidentalium Saxonum consensi et subscripsi.
Ego Eadburg regina consensi et subscripsi.
Ego Aethelheard archiepiscopus consensi[2] et subscripsi.
Ego Kynebeorth[3] episcopus subscripsi[4].
Ego Deneferht episcopus consensi[2] et subscripsi.
Signum manus Haðoredi[5] episcopi.
Signum manus Eadulf c̄[6].
Signum manus Brordan præfecti.
Signum manus Athelmundi[7] præfecti.
Signum manus Esne.
Signum manus Ceolmundi.
Signum manus Lulling.
Signum manus Wygferði[8].

[A.] MS. Lansd., 417, f. 5b.
[B.] *Reg. Malm.*, i, p. 291 (ed. Brewer).
Ang. Sac., ii, p. 25.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLXXIV.
[W.] Will. Malm. *Gesta Pontif.*, p. 388 (ed. Hamilton).

279A. *Boundaries of the land at Purton, co. Wilts, mentioned in No.* 279.

PURITONA.

In villa de Puritone. XXXV. hydæ terræ sunt. et hii sunt termini terræ ejusdem. In primis a loco qui dicitur lortinges Bourne : usque teopes þorne. Et ab eodem loco : usque hermodes þorne. Et ab eodem usque blake mere. Et ab illo loco : usque hassukes more. et ab eodem versus aquilonem : usque ad fossatum quod appellatur olde dich. et per illud fossatum directe : usque richsbed. et ab eodem : usque ad aquam quæ vocatur Worfe. et sic directe per aquam : usque la steorte. Et ab illo loco : usque la Wyþie. et ab eodem : usque helnes þorne. Et ab illo loco : usque La Westapele. et ab eodem usque Butles leye. et sic usque Wrkeleye. Et ab eodem : usque Brokouere fortwarde. id est. in principio. et ab illo loco : usque la pinne. vel penne. et ab eodem : usque crokrigge. Et ab illo loco : usque Woburne. et ab eodem : usque fossatum quod extendit

[1] Egeferth, B.; Ecgferth, K. [2] Cons. et sub., omitted, K. [3] -beorht, K. [4] Subs., omitted, K. [5] Hadeoredi, B. [6] Electi ad episcopum, B.; episcopi, K. [7] Æthelm., B. K. [8] Wygferderi, B.

se in Wulfmere . Et ab illo loco per le appeldore : usque ad la freynne . et sic ab eodem usque ad calofurcia . et ab illo loco : usque in appeldore sele wyke . Et ab eodem : usque Wether stoche . et ab eodem usque le esc ultra Gustingeleye . Et de gustingeleye usque la rode versus aquilonem . Et ab eodem rode : usque ad locum primo scriptum videlicet lortinges bourne .

[A.] Brit. Mus., Add. MS. 15,667, f. 23.
J. Y. Akerman, *Possessions of Malmesbury*, p. 5, in *Archæologia*, vol. xxxvii (1857).

[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, vol. iii, p. 387.

---

280. *Grant by Ecgfrid, King of the Mercians, to Willegoda, Abbot of St. Alban's, of land at Pinnelesfeld, or Pinchfield, near Rickmansworth, co. Hertford.* A.D. 796.

PYNNESFELD.

✠ Ego ECGFRIDUS rex Merciorum anno dominice incarnacionis . DCC . XCVI . indiccione . IIII . primo autem anno regni nobis a Deo concessi . terram itaque quinque manensium in loco qui dicitur PINNELESFELD cum antiquis terminis pro benediccione nostri regni abbati WILLEGODA nomine ad possidendum dabo . de illa nanque in nomine domini precipiam ut semper sit beato ALBANO et monasterio suo subjecta . Et terre ille a laboriosis operibus et ab omnibus tributis vel censuris . et ab omnibus refeccionibus regum . vel principum . seu omnium expedicionum . pro redempcione anime mee libertam fixam . immutabilem . concedere curabo. Et possessor illius terre non habeat potestatem hanc terram a beato ALBANO diribare[1] . Qui augeat beato ALBANO et monachis suis benediccionis gratiam . Augeat illi Deus in celesti Hierusalem . pacem et vitam æternam .

Conscriptus est autem hic in loco qui dicitur Celchyth in synodo publico . Hec sunt nomina testium . hujus donacionis .

✠ Ego Ecgfridus rex hanc meam donacionem cum signo crucis confirmare curabo .
✠ Ego Caenuulfus rex Merciorum concedo .
✠ Ego Cynedryþ regina conscripsi .
✠ Ego Sigricus . dux .
✠ Ego Æþelheardus archiepiscopus .
✠ Ego Unuuona episcopus . Ego Ƿigbertus ✠ dux .
✠ Ego Ƿeohthunus episcopus . Ego Cydda ✠ dux .

[1] Derebare, K.

✠ Ego Alhmundus episcopus.	Ego Þicga ✠ dux.
✠ Ego Beonna abbas.	Ego Þynbertus ✠ dux.
✠ Ego Fo[r]þredus abbas.	Ego Alhmundus ✠ dux.
✠ Ego Ælfhunus episcopus.	Ego Heardbertus ✠ dux.
✠ Ego Sighere filius Sig[heri].	Ego Cuþbertus ✠ dux.
✠ Ego Brorda dux.	Ego Brorda ✠ dux.
✠ Ego Esne dux.	Ego Eobingus ✠ dux.

[A.] MS. Cotton, Nero D. i, f. 148b. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLXXII; from [A.]

---

281. *Grant by Ecgfrid, King of the Mercians, to St. Alban's Abbey, of land at Thyrefeld, or Therfield, co. Hertford.* A.D. 796.

THEREFELD.

✠ Ego ECGFRIDUS gratia Dei rex Merciorum. Anno dominice incarnacionis septingentesimo nonagesimo sexto. indiccione quarta. primo vero anno regni nostri ! terram. x. manensium nomine ÞYREFELD cum terminis suis. domino meo Jhesu Christo et ejus precioso martyri ALBANO. liberaliter ac eternaliter cum consensu ac[1] testimonio optimatum meorum in jus monasteriale pro anima mea et parentum meorum devotissime tribuo. et libenter concedo. Sitque predicta terra ab omni terrene servitutis jugo semper aliena. atque eadem libertate sit libera. qua cetere terre monasteri[i] beati Albani conscripte atque concesse sunt. a glorioso Offani genitori[2] meo.

Ego Ecgfridus rex hanc meam donacionem cum signo crucis confirmare curabo.

✠ Ego Cynedryd regina consenci[3].

✠ Ego Æþelheardus archiepiscopus consensi.

✠ Ego Unpona episcopus.

✠ Ego Peohþunus episcopus.	✠ Ego Eobing dux.
✠ Ego Beonna abbas.	✠ Ego Forthred abbas.
✠ Ego Elfhun episcopus.	✠ Ego Sighere filius Sig[heri.]
✠ Ego Brorda dux.	✠ Ego Esne dux.
✠ Ego Uuigbertus dux.	✠ Ego Cydda dux.
✠ Ego Uuicga dux.	✠ Ego Þinbertus dux.
✠ Alhmundus dux.	✠ Ego Heardbertus dux.
✠ Ego Cuþbertus dux.	✠ Ego Brorda dux.

[1] et, K. [2] -ore, K. [3] -si, K.

Conscriptus est autem hic liber in loco qui dicitur Celchyð in sinodo publico.

[A.] MS. Cotton, Nero D. i, f. 148*b*. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLXXIII; from [A.]

---

282. *Grant by Brihtric, King (of Wessex), to the Prince Lulla, of land at Eastun, in Welford, co. Berks.* A.D. (801 for) 796.

✠ In nomine omnipotentis piissimi genitoris ! qui cunctorum bonorum donator est et conservator poli hiemisperii . orbisque arvi . ponti fluminum creator et gubernator atque solus tocius mundi monarchiam tenens. Sub cujus nutu ac dominice defensionis almigera dextera . Ego BRIHTRICUS rex regni regimonia dispensans . aliquam porcionem terra devoto et cum omni studio 'in nostro[1] affectu fidelissimo LULLAN principi quam ex sua propria facultate in pecunia comprobata et beneplacita adquirendo plenissimo precio a nobis comparabit . ubi nota appellatione Saxonice' EASTUN dicitur ut puta . X . mansionum . ad possidendum donandum cum omnibus ad se pertinentibus campis silvis vel post se relinquendum ubicumque aut cuicumque voluerit in jus proprium cum auctoritate harum litterarum et cirographorum ast infra caractarum testium tradendo firmiter signo almæ crucis donabo et roborabo. Hæc autem donatio in villa puplica firmata est et peracta. Anno dominicæ incarnationis . DCCC° . I° . indiccione . IX[2] . et nostri regalis imperii . ab alto cælorum culmine concessi . XII° .

Hujus vero agelluli hec sunt certa termina in septemtrionali parti continet hyþpaldan hlau et in aquilonali plaga ipsius aggeris via publica portendit a borea usque in orientalem finem contra solis ortum oþ suiran et sic ab euro in australem plagam per vallem unam usque ad stagnum quendam cujus vocabulum est Ceabban solo . Ab ipso vero loco rectissimo tramite per unius sepis longitudinem tendendo pervenit ad hpatelege gete . ultra Bradanleah et sic ab ipso confinio ab affrico vel a fauno habet eodem longitudine portendente sepe transversum horsanleah certissimum terminum usque ad gumanedisc[3]. Deinde vero ab gumanedisce[3] in ipsam occidentalem plagam a meridiana parte super heigdune aptissimo cursu contra solis occasum ad Bican stapule competenter vertit . Tum itaque regirando a Bicaustapole per profunditatem et medietatem unius vallis juxta uno acerbo lapidum quem nos stancestil vocamus

[1] In nr̄o, MS.; ministro, K. [2] Stevenson suggests that this is an error for DCCXCVI, indictione IV. [3] Grimen, K.

a curio habet cothongian et ita ad supra dictum locum circum girando a cothongian usque ad hythpaldan hlau revertit.

Et hanc donationem ab omnibus terrenis difficultatibus liberabo extra expeditione et pontis factione.

Si vero quis obstinata contumatia hanc nostram donationem et fidelissimorum venerabilium virorum episcoporum ac optimatum nostrorum testimonium vel adfirmationem quorum nomina in margine istius pagelle repperiuntur . minuere temptaverit ! Sciat se canonice subjacere sententie et a nostra in hoc seculo vel in futuro communione esse privatum . et rationem in die judicii redditurum nisi prius Deo et hominibus certo judicio emendaverit . Qui autem[1] impleat quæ donamus seu augeat præmia in futuro cum omnibus mercedem a Deo suscipientibus mereri optamus . qui remunerat omnes juste et pie viventes et recte agentes . qui solus justus pius misericors semper permanet sperantibus in se.

✠ Ego Beorhtricus rex tradendo et confirmando signum crucis aravi.
✠ Ego Eadburg regina consensi et subscripsi.
✠ Ego Cynebeorht episcopus consensi et subscripsi.
✠ Ego Wigbeorht episcopus consensi et subscripsi.
✠ Ego Wor princeps subscripsi.
✠ Ego Ƿiohstan princeps subscripsi.
✠ Ego Ƿigfreth princeps consensi et subscripsi.
✠ Ego Ƿiohtbrord princeps consensi et subscripsi.
✠ Ego Æse[2] princeps subscripsi.
✠ Ego Ealhmund princeps subscripsi.
✠ Ego Lulla princeps consensi et subscripsi.

[A.] MS. Cotton, Claudius B. vi, f. 7b.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLXXX; from [A.] Boundaries in vol. iii, p. 387.
[S.] *Chron. Abingdon*, ed. Stephenson, vol. i, p. 16. (See vol. ii, p. 500, for elucidation of date.)

---

283. *Reversionary Grant by Headda, Abbot, to Worcester Monastery, of land at Dowdeswell, co. Glouc., etc.* A.D. 781 × 798.

DOGEDES ƿYLLAN . ⁊ TIRELTUNE . ⁊ ÆT ON[NAN]DUNE.

✠ Saeculi namque laventis tempora[3] umbræ fugientes velociter tranant varieque eventum status in cogitationes hominum conscendunt ideo omnes firmas statutiones nostras litterarum serie confir-

[1] h', MS.; hæc, K. S. [2] Æsc, K. [3] [Sicut], added, K.

mamus ne posteris cadant ex memoria præcedentium decreta patrum Græcorum ad hoc inbuti exemplis[1] quicquid scire volunt litteris tradunt ne ex memoria lavetur estque nobis necesse præmeditandum in vagabundis temporibus sæculi . quomodo ad aeternam felicitatem pervenire valeamus quia cuncta quæ videntur fugitiva sunt ad[2] caduca quæ autem non videntur perenniter sunt manentia .

Qua de re ego HEADDA presbiter et abbas ob honorem Dei et reverentiam hominum præditus donans donabo in testimonio totius venerabilis familiæ in UUEOGERNACESTRE meam propriam hereditatem . tali conditione adfirmo quod mei hæredes in mea genealogia in ecclesiastico[3] gradu de virili sexu percipiant . quam diu in mea prosapia tam sapiens et præsciens inveniri potest qui rite et monastice æcclesiasticam normam regere queat et numquam potestati laicorum subdetur . Postquam autem in nostra generatione tales aecclesiastici viri desint qui indigne et inscii eam bene moderare et regere ignorent . præcipio quod absque ullo obstaculo ad sedem episcopalem in Uueogernacestre reddantur . id est æt DOGODESPELLAN . ⁊ æt TYBELTUNE . Super haec etiam adicio et aliud meae possessionis prediolum quod a circumpositis cognominatur æt OSNANDUNE . pro remedio anime meae et propinqui mei Haδeredi episcopi . necnon pro salute cunctarum animarum stirpis nostre quia alumnus sum illius familiæ et juxta liminibus aecclesie disciplinatus et nutritus fui .

[A.] MS. Cotton, Tiberius A. xiii, f. 38. Heming, Cartul., i, p. 84. | [K.] Kemble, Cod. Dipl., No. clxix ; from [A.]

---

284. *Letter of Pope Leo III to King Kinelm, confirming to him the Monastery of Glastonbury.* *8th March*, A.D. 798.

PRIVILEGIUM LEONIS PAPÆ.

LEO apostolice sedis papa servus servorum Dei KINELMO regi et ejus ministris et cognatis et successoribus ejus optat et mittit pacem et salutem perpetuam . Bone voluntatis et laudabilis operacionis[4] cogitacio cum[5] apostolicis scriptis est confirmanda et corroboranda . ut quod bene fuerit factum et per rationabilia exempla confirmatum nulla deinceps possit corrupcione vel turbari vel frangi immo[6] pocius inviolabili rectitudine et divina auctoritate debeat inconcussum permanere . Et ideo egregie apostolica sentencia precipitur ut incunctanter confirmari debeat quod recte inchoa-

[1] [Qui], added, K. [2] Ac, K. [3] -co, MS.
[4] Optationis, G. [5] Tam, G. [6] Imo, G.

tum fuisse constat . Quapropter quia notum est quod tua illustris fides petiit a nobis ut tibi scripto confirmaremus . monasterium domini nostri Jhesu Christi in Glastoñ . Westsaxonum regni in quo monasterio servorum Dei congregacio est . cujus terre ad octingentas hidas numerantur in multis provinciis et locis posite sicut Egfridus rex omnem illam terram descripsit cum judicio et licencia Brithrici[1] regis et cum licencia et testimonio Merciorum episcoporum et principum et sicut postea Kenulfo[2] regi Merciorum omnes ille terre scripto confirmate sunt ideo concessionem illam regum episcoporum et principum cum corroboracione regis Merciorum Kenulfi[2] cum apostolico robore et auctoritate confirmamus tibi Kenelme et successoribus tuis monasterium scilicet libere inperpetuum habendi cum omnibus villis et agris in multis regionibus divisis cum omnibus rebus ad hoc pertinentibus silvis pratis et pascuis et piscium capturis hac condicione ut frequententur[3] luminaria coram Deo et spirituales cantus et psalmi et misse cantentur et concordia sine simulacione . Hinc enim scriptum est in ewangelio . "Domus[4] mea domus orationis vocabitur" . Quocirca servi Dei qui in hac vita laborant 'debent' diatim cum timore divino totum spirituale officium implere ut possint domino nostro Jhesu Christo placere . Preterea constituimus cum apostolico precepto et sub timore divini judicii et sub excommunicacionis interminacione ne ullus rex aut archiepiscopus aut episcopus aut princeps aut alicujus potestatis homo exaltatus sive in majori ordine sive in minori ista nostra apostolica decreta violenter infringat aut minuat set magis decernimus ut prefatum monasterium firmum . et stabile in omnia tempora perseveret .

Quod si quilibet[5] quod non optamus ista precepta nostra debilitaverit sciat se ipsum per auctoritatem domini Petri apostolorum principis excommunicacionis vinculis[6] irretitum et a regno Dei extorrem . Quicunque vero tenuerit et servaverit[7] ista nostra apostolica decreta sciat se promeruisse benediccionem apostolicam et eternam vitam a misericordi[8] creatore nostro .

Data per manus Eustachii primicerii notariorum . mense Marcio indictione tercia octavo[9] die Marcii . Confirmata per manus Paschalis senioris et consiliarii apostolice sedis regnante domino nostro Jhesu Christo cum Deo patre per infinita secula . tercio anno per misericordiam Dei papatus domini nostri Leonis in sancta et apostolica sede sancti Petri . et etiam per licenciam domini Karoli Francorum

[1] Briht., H. [2] Kenwl., G. [3] Frequentarent, G.; ibi, added, G. H. [4] Matth. xxi, 13, etc. [5] Quare si quilibet, G. [6] Vinculo, G. [7] Servarit, G. [8] -corde, G. H. [9] Octava, G. H.

regis et Longobardorum et patricii Romanorum anno regni ejus . XXV .

[A.] Brit. Mus., Add. MS. 22,934, f. 14; (Will. Malm.,[1] De *Antiq. Glaston. Eccl.*)
[G.] Gale, *Rer. Angl. Script.*, vol. iii, p. 314 (id.)
[H.] *Adam de Domerham*, ed. Hearne, p. 65 (id.)
Jaffé, No. 1908.

---

285. *Confirmation by Cenuulf, King of the Mercians, of No.* 284.
A.D. (797 for) 798.

PRIVILEGIVM CENWLFI REGIS.

Regnante in perpetuum domino nostro Jhesu Christo omnium regnorum domino . Ego CENUULF rex Merciorum postquam electus sum in regem per Deum omnipotentem qui est omnium bonorum largitor et retributor hanc suprascriptam[2] libertatem[3] a domino Leone apostolico papa adquisivi KINELMO et successoribus suis et sicut eandem libertatem Egfridus rex antecessor meus ei firmiter condonavit . Ita quoque ego ei scripto confirmo cum consilio et licencia terrenorum principum quorum inferius nomina scripta sunt et ei sine ullo mendacio aut dolo largior firmiter habendam .

Hec confirmacio Cenuulfi et episcoporum ejus et principum fuit constituta et scripta in venerabili loco qui dicitur Glastingebiri[4]. Anno . DCC . XC . VII[5] . incarnacionis domini . secundo anno regni mei . quod mihi Deus concessit .

Subscripciones. Ego Kynedriþ[6] abbatissa cum karissimis congnatis meis Etheburh[7] . et Celfled hanc libertatem hic ascriptam Kynelmo concedendo subscribo . hac ratione . ut si etiam post tempus contigerit quo venerabilis loci Glastoniensis possessionem et potestatem alterius progenici homo suscipiat tamen Kinelmus et ejus successores stabiliter sine ulla perturbacione et fiducialiter permaneat in sua libertate et perpetua pace .

Ad confirmandam[8] vero hanc libertatis potestatem . Ego Cenpulf rex singuum sanctæ crucis inpressi .

Subscripserunt Ethelardus Cantuariæ et Higbertus Eboraci

[1] "Privilegia sane papæ [No. 284] et regis [No. 285] quia nusquam nisi Anglice scripta repperi, meo labore transfundam in Latinum, quantum intelligo ex sensu sensum."

[2] -tum, MS., subscriptam, K. G. [3] *I.e.*, No. 284. [4] -birig, K.; -biry, G. [5] DCCVII., G. [6] Kenedrip, G.; Kinedriþ, H.; Keneðrið, K. [7] Ethelburd, G. [8] -dum, G. H.

archiepiscopi et . IX . episcopi . et . XIII . abbates inter quos Beadulf . abbas ejusdem loci et sex principes .

[A.] Brit. Mus., Add. MS. 22,934, f. 14b. (Will. Malm.,* *De Antiq. Glaston. Eccl.*)
[G.] Gale, *Rer. Angl. Script.*, vol. iii, p. 315 (id.)
[H.] *Adam de Domerham*, ed. Hearne, p. 67 (*id*).
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. MXVII.

---

286. *Profession of Tidfred, Bishop of Dunwich, to Ethelard, Archbishop of Canterbury.* A.D. 798.

PROFESSIO TIFREDI EPISCOPI.

Domino meo vere amatissimo[1] ETHELARDO archiepiscopo TIDFREDUS tuus in Christo famulus . Scio beatissime quicunque sacrum ordinem non tam meritorum præsumptione quam commissæ plebis salute recipere cogitat ! primum necesse habet per se catholicæ fidei experientiam innotescere . quatinus fundamentum summæ religionis eo perfectius promoveatur . quo initia illius a vero opifice Christo sumant exordium . Ergo sicut universalis docet æcclesia . pater et filius et spiritus sanctus una Deitas . et coæternalis mihi prædicanda est ! singulamque[2] in trinitate personam . unum Deum fore fatendum . Non quod triplex sit in illa trinitate Deorum numerus . sed quod in tribus personis patrem et filium nuncupamus . et spiritum sanctum unam in divinitate essentiam . et inseparabilis æternitatis[3] gloriam prædicamus . Christum quoque omnipotentis Dei filium in carne natum . baptizatum . et pro nobis passum . et sepultum . et die tertia resurgentem . in cœlos quoque visualiter ascendentem . iterumque judicare seculum per ignem venturum . remissionem peccatorum . carnis resurrectionem . et vitam æternam sine ambiguitate speramus . Ita quoque episcopalis sedis Dorobernniæ civitatis fateor beatissime pater in omnibus ubique auctoritatis imperio coram Deo et Christo Jhesu humiliter catholicæ fidei cultor existere . protegendo . roborando . obediendoque pariter cum omni devotione et pura cordis diligentia ad illam prædictam sedem omnibus diebus vitæ meæ perdurare in ævum.

Ego Tidfredus mea propria mea[4] cum vexillo sanctæ crucis Christi confirmando roborabo et subscribam.

[A.] MS. Cotton, Cleopatra E. i, f. 19.
[R.] *Textus Roffensis*, ed. Hearne, p. 256.
[H.] Haddan and Stubbs, vol. iii, p. 511.

[1] Amant., with *n* erased, MS. amant., R. [2] Singularemque, H. R. [3] -talis, H. [4] *Sic*, A. R.; manu, H.

* See note 1, p. 394.

287. *Letter of Kenulf, King of the Mercians, to Pope Leo III.* A.D. 798.

Domino beatissimo et vere amantissimo LEONI sanctæ et apostolicæ sedis Romanæ pontifici! KENULFUS gratia Dei[1] rex Merciorum . cum episcopis . ducibus . et omni sub nostra ditione dignitatis gradu sincerissimæ dilectionis in Christo salutem.

Gratias omnipotenti Deo semper agimus! qui ecclesiam suo precioso sanguine adquisitam . inter diversas mundi hujus procellas novis semper prioribus ad vitam sumptis suescit ducibus ad portum salutis attrahere . eamque nova luce infundere! quantinus[2] nullo sit tenebrarum errore fuscata . sed viam veritatis inoffenso pede gradiatur . unde merito omnis per orbem exultat ecclesia! quia cum omnium verus remunerator bonorum gloriosissimum gregis sui pastorem Adrianum . perpetuo remunerandum super ethera duxisset . suis tamen ovibus pia erexit providentia prævium . qui scit ovile dominicum ad caulas non inferius vitæ agitare . Nos quoque merito quos extremitas orbis tenet . eodem modo præ ceteris gloriamur . quia illius sublimitas nostra salus est . illius prosperitas nobis perhennis[3] exultatio! quia unde tibi apostolica dignitas . inde nobis fidei veritas innotuit . Quapropter oportunum arbitror tuis sanctis jussionibus aurem obedientiæ nostræ humiliter inclinari! et quæ tuæ pietati rite nobis sequenda videantur . toto nisu implenda! quæ vero rationi contraria deprehensa fuerint citius declinanda . ac interim a nobis omnimode[4] resecanda . Sed modo ego KENULFUS gratia Dei rex excellentiam tuam humilis exoro . ut te sine offensione animi vestri . de profectu nostro ut optamus liceat alloqui! quatinus[5] me in gremium pietatis tuæ tranquilla pace percipias . et quem meritorum nulla facultas erigit . larga benedictionis tuæ ubertas ad plebem suam regendam locupletet! ut una mecum gentem quam vestra apostolica auctoritas fidei rudimentis inbuit . per intercessionem tuam contra impetus exterorum omnipotens erigat . et per se regnum quod ipse Deus dedit nobis dilatare dignetur . Hanc benedictionem omnes qui ante me sceptro prefuere Merciorum . meruerunt ab antecessoribus tuis adipisci! hanc ipse humilis peto . et a vobis ó sanctissimi impetrare cupio! quatinus[5] in primis adoptionis sorte me tibi filium suscipias . sicuti te in patris persona diligo . et totis obedientiæ viribus semper

[1] Dei gratia, C. [2] Quatenus, W. H.; quatinus, C. [3] Perennis, W. H. C. [4] -da, H. C.; -da, Var. -o, -e, W. [5] Quatenus, W. H.

amplector. Decet enim inter tantas personas fides sancta servari. et inviolata caritas custodiri: quia paterna pietas. filiorum felicitas in Deo esse credenda est: secundum illud Ezechiæ. "Pater[1] filiis notam faciet veritatem tuam domine". In quibus verbis te amande genitor imploro: ut filio tuo tam si indigno. veritatem Domini tuis verbis sacrosanctis notam facere non deneges. ut per tuam sanam eruditionem Deo adjuvante ad melioris vitæ propositum merear pervenire. Quin etiam dulcissime cum omnibus episcopis nostris. et cujuscunque apud nos dignitatis persona deprecor: uti nobis de multimodis inquisitionibus. super quibus maximam subtilitatem vestram dignum duximus perquirere. benigne respondeas: ne sanctorum tradicio patrum. et ab illis tradita nobis regula quasi incognita per aliquid vitietur in nobis: sed sermo tuus directus nobis in caritate et mansuetudine veniat. ut per Dei misericordiam profuturum in nobis percipiat[2] fructum. Primum namque est quod pontifices nostri ac peritissimi quique in nobis dicunt. quod contra canones et apostolica statuta. quæ nobis a patre beatissimo Gregorio dirigente statuta sunt. sicut vos scitis. auctoritas Dorovernensis metropolitani in duas scindatur parrochias[3]. cujus eodem patre mandante ditioni subjacere debent episcopi XII: sicut per ecclesias nostras legitur in epistola. quam fratri et coepiscopo Augustino direxit. de duobus Londoniæ et Eboracæ metropolis episcopis. quam etiam apud vos haberi non dubitamus. Sed ipse primum pontificalis apex. qui tunc Londoniæ sub honore et ornamento pallii fuerat conscriptus. pro eo Dorovernensi[4] oblatus est atque concessus. Nam quia beatæ recordationis Augustinus. qui verbum Dei imperante Gregorio Anglorum genti ministrabat. et gloriosissime ecclesiis præfuit Saxoniæ. in eadem civitate diem obiit. et corpus illius in basilica beati Petri apostolorum principis. quam successor ejus Laurentius sacravit conditum fuisset: visum est cunctis gentis nostræ sapientibus quatinus[5] in illa civitate metropolitanus honor haberetur ubi corpore[6] pausat. qui his partibus fidei veritatem inseruit. Cujus itaque sicut vos scitis dignitatis honorem. primum rex Offa. propter inimicitiam cum venerabili Lanberto[7] et gente Cantuariorum acceptam avertere et in duas parrochias[3] dissipare nisus. et piissimus coepiscopus et antecessor vester Adrianus rogatu prædicti regis facere cepit. quod prius nemo præsumpsit. et Merciorum præsulem pallio extulit. Neutrum tamen ex his culpamus: quos Christus ut credimus eterna

[1] Isai. xxxviii, 19. [2] Perficiat, W. H. [3] Paro., W. H. C. [4] Dorovernsi, C. MS., W.; corpus, C. [5] Quatenus, W. H. [6] Corpus, var. corpus ejus, [7] Lambrighto, C.; Janberto, H.

victoria triumphat. Sed tamen excellentiam vestram humiles exoramus: quibus a Deo merito sapientiæ clavis collata est. ut super hac causa cum sapientibus vestris quæratis. et quicquid vobis videatur. nobis postea servandum rescribere dignemini: ne tunica Christi inconsutilis. alicujus inter nos dissensionis scisma patiatur. sed per vestram sanam doctrinam ut desideramus ad veræ pacis unitatem dirigatur. Magna enim humilitate simul et dilectione hec tibi scripsimus papa beatissime. clementiam tuam profusius precantes: quatinus[1] ad ea quæ a nobis necessario explicita sunt. benigne et juste respondeas. Sed et illam epistolam quam Ethelardus archiepiscopus coram cunctis provincialibus episcopis nostris multiplicius de suis ac totius Britanniæ causis et necessitatibus tibi scripsit. pio amore perscrutari digneris: et quicquid de rebus quæ in ea scripta sunt fidei normula poscat. pagina nobis veritatis patefacere memineris. Ergo præterito anno legationem meam etiam et episcoporum per Wadan abbatem misimus. At ille accipiens illam legationem segniter immo insipienter deduxit. Sed modo tibi modicum amoris gratia munus per Birine[2] presbiterum. et Fildas. et Cheolberth[3] ministros meos pater amande mitto: quod est centum viginti mancusas cum litteris. precans te ut benigne suscipias. et benedictionem tuam nobis donare digneris. Omnipotens Deus te longævo tempore ad laudem suæ sanctæ ecclesiæ. custodiat incolumem.

[A.] MS. Reg. 13, D. ii, f. 21b. (Will. Malm.)
[W.] Will. Malm., *Gesta Regum*, lib. i, § 89 (ed. Hardy, p. 130).
[H.] Haddan and Stubbs, iii. p. 521.
[C.] *Ric. de Cirencestria* (ed. Mayor), vol. i, p. 286.
Wilkins, i, 162.

---

288. *Letter of Pope Leo III to Coenulf, King of the Mercians.* A.D. 798.

INCIPIT EPISTOLA LEONIS PAPÆ MISSA AD COENULFUM REGEM MYRCIORUM. OMNIBUSQUE DILECTIS EPISCOPIS. ATQUE DUCIBUS.

Domino excellentissimo filio COENULFO regi Merciorum. seu omnibus dilectissimis episcopis. atque gloriosissimis ducibus LEO papa.

Inclitæ excellentiæ vestræ per harum transvectores literarum videlicet Bryne presbyterum. et Cildas seu Ceolberht ministros vestros. recepimus apices quos relegentes plenos fide et olitana traditione erga beatum Petrum principem apostolorum ejusque vicarium repperimus roboratos. Et sicut prædecessores vestri

[1] Quatenus, W. H. [2] Brine, C. [3] Ceolberht, C.

Christianissimi reges semper ex eadem beati Petri aecclesia fontem veritatis [h]auriebant. et inreprehensibilem orthodoxamque fidem. Ita et vestra excellentia protectricem. et doctricem prorsus utens usque tenus amplectere et tenere habebit. Quod vero inquisistis unde contigisset quod beatæ recordationis Adrianus papa et antecessor noster. Dorovernensis episcopus[1] auctoritatem contra morem minuisset. et in duas archiepiscopias sedes auctoritate sua confirmaret. at[2] quod veraciter respondimus quod non aliter hoc fecisset. nisi pro eo quod rex vester præcellentissimus Offa suis litteris testatus est. ut in id omnium vestrum una voluntas et unanima esset petitio vel propter vastitatem terrarum vestrarum. et extensionem regni vestri. nec non et aliis quamplurimis causis et utilitatibus; Pro his precipue causis honorem pallii Merciorum episcopo domnus Adrianus apostolicus direxit; Illud vero quod in vestris referebatur apicibus nos interrogare. Si summi pontificatus auctoritas in civitate Lundonia. ubi beatus Agustinus[3] sancto Gregorio dirigente honorem pallii percepit canonica licentia[4] possit haberi. Nos nequaquam illis summi pontificatus auctoritatem tribuere audemus[5] sed primatum illum sicuti Doroverni constitutus[6] est. primam sedem et concedimus. et censentes promulgamus. qui sanctus et venerabilis predecessor noster Celestinus papa nos docuit. inquiens. "Non sit vana gloriatio palleatis[7] episcopali more qui episcopi sunt sequantur"; Et ideo canonice oportet illum primatum existere atque[8] vocari. et per ordinem sicuti[9] a prædecessoribus nostris constituitur archiepiscopalem sedem ita venerare et honorare in omnibus. De 'illa' vera epistola quam Aedelheardus reverentissimus et sanctissimus nobis emisit. quemadmodum poposcit vestra excellentia. eademque liquidius relegentes sicut decebat sanctitati ejus enucleatius reddidimus responsum. quia nos de clerico illo apostata qui ascenderat in regnum similem eum[10] deputantes Juliano parabatæ[11]. anathematizantes abicimus salutem animæ ejus procurantes; Nam si adhuc in ipsa persisteret in iniqua actione. nobis celeriter enuntiare studete[12]. ut nos apostolicum communitorium omni generalitati. tam principibus. quamque cuncto populo insulæ Bryttanniæ morantibus adhortantes mittimus[13]. ut eum a nequissimo expellere regno. et

[1] Eps originally, with long ſ, altered by reducing the letter to i; episcopi, H. [2] Ad, H. [3] Aug., H. [4] Canonicam licentiam originally, but the m erased from each word, A. [5] Habere, erased here, A. [6] -tum, altered to -tus, A. [7] Palliatis, H. [8] Et, H. [9] Sicut, H. [10] Eo, altered to eū, A.; illum, H. [11] Pravate, with parabatæ, in a later hand over line, A. [12] Studemini, altered to studete, A. [13] Mittamus, H.

salute[1] animæ illius procurare; Nam pro hujusmodi rege[2] valde nimisque beatificavimus . et laudavimus fratrem nostrum prelatum[3] archiepiscopum . quia pro fide orthodoxa animam suam posuit . vestram autem scientes fructificata[m] in omnibus bonis precelsa scientia ad memoriam deducimus . qualiter sanctae recordationis quod Offa rex pro victori`i´s[4] regni quam tenuit beato Petro auctori suo signiferum et comitem in ipso regno utens atque amplectens coram synodo tam omnibus episcopis seu principibus . atque optimatibus cunctoque populo insulæ Bryttanniæ morantibus . quamque et nostri fidelissimi missi Georgii . et Theophilacti . sanctissimis episcopis votum vovit eidem Dei apostolo beato Petro clavigero regni celorum . ut per unumquemque annum . scilicet quantos dies annus habuerit . tantos mancusas[5] eidem Dei apostolo aecclesiæ . nimirum trecentos sexaginta quinque pro alimoniis pauperum . et luminariorum concinnationes[6] emittere quod et fecit . ut tam ipse quamque[7] posteris[8] ejus qui ipso regno tenere videntur usque in perpetuo propter ej[us]dem regni victoria[9] beato Petro suis almis suffragiis concedente; Et si vestra excellentia ampliores victorias et honores in ipso habere regno cupit . instar persolvens per eam amplius quam amplius in perpetuum permaneat confirmatum . ut ipse Dei apostolus semper per vos in ipso victoriam concedat regno . et in vita æterna cum sanctis omnibus sine fine vos regnare faciat[10] ;

[A.] MS. Cotton, Vespasian A. xiv, f. 172. *Anglia Sacra*, vol. i, pp. 460-462. | [H.] Haddan and Stubbs, vol. iii, p. 523.

---

289. *Grant by King Coenuulf to Duke Osculf of land at Hremping wiic, in exchange for land at Bobingseata, with subsequent grant by Osculf to the Monastery at Liminge, co. Kent.* A.D. 798.

✠ Semper enim ex toto corde nobis cum propheta considerandum atque dicendum est quam magna multitudo dulcedinis [tuæ domine] cujus super nos m . . . . . . cujus bonita . . . . . imus quod . . . . . . non inmemor . . . . . inspirante bonitatis . Ego . . . . . ente rector et imperator Merciorum regni . anno secundo imperii nostri dabo et perpetuo jure possidendum sub sanctæ crucis

[1] -tem, H. [2] Regi, altered to rege, A.; regi, H., and suggests re, or negotio. [3] Prefatum, H. [4] Victoria, H. [5] Down the outside margin at this passage, the note "avaritia", A. [6] -one, H. [7] In, added, H. [8] Posterio, H. [9] -as, H. [10] Three lines completely erased here, A.

titulo concedo. OSPULFO duci et ministro meo aliquam terram in loco qui vocatur HREMPING WIIC ⁊ alia nomine HAFINGSEOTA in australe parte fluminis qui dicitur limin . ea . in vicae alteræ terrae qui dicitur BOBINGSEATA. Uti in diebus ejus habeat possideat et feliciter optineat. Suisque post se heredibus vel cuicumque hominum . . . . o fideli . . . . . . sicut superius . . . . placita voluntate fruat . . . . . . interim post se cuicumque . . . . . . bendam restituat in perpetuam. Hæc sunt nomina episcoporum ac principum qui hoc mecum in synodo consentientes subscripserunt.

✠ Ego Coenuulf Rex hanc munificentiam sub sanctae crucis titulo confirmo ⁊ sic ex ordine subscripsi.
✠ Aeðelhard archiepiscopus consensi et subscripsi.
✠ Hygeberht archiepiscopus consensi et subscripsi.
✠ Haðored episcopus consensi et subscripsi.
✠ Unuuono episcopus consensi et subscripsi.
✠ Cyneberht episcopus consensi et subscripsi.
✠ Haðoberht episcopus consensi et subscripsi.
✠ Eaduulf episcopus consensi et subscripsi.
✠ Utel episcopus consensi et subscripsi.
✠ Alhhard episcopus consensi et subscripsi.
✠ Ƿiohthun episcopus consensi et subscripsi.
✠ Tidfrið episcopus consensi et subscripsi
✠ Alhmund abbas. ✠ Uuigmund abbas.
✠ Beonna abbas. ✠ Forðred abbas.
✠ Signum manus Brordan principis.
✠ Heaberhti ducis. ✠ Vuicggan ducis.
✠ Esne ducis. ✠ Ciolmundi ducis.
✠ Ƿigberhti ducis. ✠ Beornnoði ducis.
✠ Æðelmundi ducis. ✠ Heardberhti ducis.
✠ Eadgari ducis. ✠ Cyddan ducis.

✠ Dispensante ac guvernante superna clementia ego Osuulf dux pro perpetua redemptione ac salute animae meae meique conjugis Beornðryðe hanc praedictam mariscam dabo et concedo ad illam ecclesiam quae sita est in illo venerabile monasterio quod dicitur aet LIMINGE perpetualiter habendam et feliciter perfruendum. hac vero condicione interposita ut unicuique anno post. XII. mensibus migrationis nostrae tempus ab illa familia aet liminge caelebretur quamdiu fides catholica in gente Anglorum perseveret. cum jejunio divinisque orationibus in psalmodiis et missarum caelebrationibus. seu etiam in refectione fratrum in cibo et potu. juxta quod fraternitati vestrae videtur quod producere poteritis et

in vestra bonitate confidimus. Unaque panis cum cibo vernaculo vel paupere illius monasterii die illa tradatur. hocque in posterum successoribus vestris praecipere praecamus.

FRATERNITATEM VESTRAM SUPERNA CLEMENTIA CVSTODIAT, IN AEVVM,

Endorsed by a contemporaneous hand, "Hafing seotan boec", *and by one of the* XIIth *century,* "Oswlf dux dedit mariscum ad ecclesiam de limmiuge." "Latine."

[A.] MS. Cotton, Augustus II, 97. (Orig. Charter).
Brit. Mus., *Facs.*, i, pl. 12.

Dugd., *Mon. Angl.*, vol. i, p. 463.
Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLXXV; from [A.]

---

290. COUNCIL[1] OF BACCANCELDE. *Athelard, Archbishop of Canterbury, declares the Papal commands respecting lay power in the Church.* A.D. (798, *for*) 803.

✠ Anno dominicæ incarnationis . DCC . XCVIII . Congregatum est magnum concilium in loco ubi nominatur . BACCANCELDE[2] præsidente eodem[3] concilio . Cenulfo[4] rege . necnon reverentissimo[5] archiepiscopo Athelardo[6] cum episcopis abbatibus et multis aliis Idoneis[7] personis . Tunc idem venerabilis pater et primas tocius Britaniæ[8] Athelardus sic exorsus est . "Ego Athelardus gratia Dei[9] humilis sanctæ Dorobernensis ecclesiæ archiepiscopus unanimo concilio tocius[10] sancti sinothi[11] . in nomine Dei omnipotentis . et per ejus tremendum judicium præcipio . sicut ego mandatum . a domno[12] apostolico . Leone . papa . percepi . ut ex[13] hoc tempore nunequam[14] temerario ausu super hereditatem domini id est ecclesias laici seculares[15] præsumant dominium suscipere . Sed sicut in privilegiis ab apostolica sede datis habetur . seu etiam ab apostolicis viris in initio nascentis ecclesiæ traditum est . per sanctos canones vel etiam a propriis possessoribus monasteriorum constitutum est . ea regula et observantia disciplinæ sua monastica[16] jura studeant observare . Si ergo quod absit ipsi hoc nostrum mandatum[17] et domni[18] apostolici præceptum spreverint . et pro nichilo ducunt . sciant se a præ-

[1] For the genuine document, of which this is a misdated form, see No. 312.
[2] Bacanceld. B.; dicitur Bachanchilde, K. [3] Eidem, K. [4] Cenewulfo, K.
[5] Reverendissimo, B. [6] Æðel., K., and so throughout. [7] Ydon., B.
[8] Totius Britanniæ, B. K. [9] Dei gratia, B. [10] Tot., B. K. [11] Sancti Sinodi, B.; synodi, K. [12] Do., B.; domino, K. [13] [ex], K. [14] Nunquam, B. K.
[15] Saeculares, omitted, K. (In sæc. præs., C. according to K., note, and marked to be transposed into this order, A.) [16] [Monastica], K. [17] Here C. breaks off abruptly. [18] Domini, K.

senti ecclesia justorum segregatos . et in die judicii ante tribunal Christi . nisi ante emendaverint rationem reddituros".

Hec sunt nomina sanctorum episcoporum . et abbatum . qui cum tocius[1] sanctæ sinothi[2] consensu . pro confirmacione prædictæ rei . signum sanctæ crucis subscripserunt .

✠ Ego Athelardus archiepiscopus Dorobernensis civitatis . signum sanctæ crucis subscripsi .
✠ Ego Hædde[3] episcopus . subscripsi .
✠ Ego Worr episcopus . subscripsi .
✠ Ego Eguuinus episcopus . subscripsi .
✠ Ego Fortherus episcopus . subscripsi .
✠ Ego Daniel episcopus . subscripsi .
✠ Ego Eadbrith[4] episcopus . subscripsi .
✠ Ego Acca . episcopus . subscripsi .
✠ Ego Inguualdus episcopus . subscripsi .
✠ Ego Heardrid episcopus . subscripsi .
✠ Ego Nohtbertus[5] episcopus . subscripsi[6].
✠ Signum Aldulfi episcopi Licifeldensis[7].
✠ Ego Eadulf[8] Siddensis episcopus . subscripsi .
✠ Ego Osmundus Lundoniensis[9] episcopus . subscripsi .
✠ Ego Tiidfridus[10] Dammoce episcopus . subscripsi .
✠ Ego Forthredus[11] abbas . subscripsi .
✠ Ego Wernbrihtus[12] Legorensis . subscripsi .
✠ Ego Eallmundus episcopus Uuintoniensis . subscripsi .
✠ Ego Wermundus Hrofensis[13] episcopus . subscripsi .
✠ Ego Felogyldus[14] abbas . subscripsi .
✠ Ego Wlfredus archidiaconus . subd[15] .

[A.] MS. Lambeth 1212, p. 311.
[B.] Brit. Mus., MS. Cott., Claudius D, ii, f. 25b.
[C.] Reg. C. C. Cantuar., A., f. 8bb.
MS. Harl. 1757, f. 170b.
Twysden, *Hist. Ang.*, col. 2211.
Spelman, *Concilia*, vol. i, p. 317.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. MXVIII; from [B.]

[1] Tot., K. [2] Synodi, B. K. [3] Hede, B.; Hedde, K. [4] Eadbriht, K. [5] Northb., B.; Noðb., K. [6] ✠ Ego Wulfredus archidiaconus subscripsi, added here, K. [7] Lichif., B. [8] Eaduulf, B. [9] Lond., B. [10] Tudf., B. [11] Fortredus, K. [12] Wernbrithtus, B. [13] Rof., B. [14] Felogildus, B. [15] *Sic*, A.

290A. COUNCIL OF BACCANCELDE.[1] *Corresponding passage from the Anglo-Saxon Chronicle.*

B̄. DCCXCVI. Her 'on' ðys'on' gearæ . . . .

. . . .

Aðelard arb' of Cantpareb' sette synoð ⁊ getrymde ⁊ gefæstnode ðurh ðas papan hæse Leones ealle ða ðing be Godes mynstran . ða peron gesett be Pihtgares dæge ⁊ be oðra cinga dæge . ⁊ ðus cpæð . " Ic Aðelard . eadmod arb' of Cantpareberi mid anmodan ræde ealles sinoðes ⁊ mid ealra ðare 'ge'gaderunge ealra ðara mynstra ðam be ealdan dagan friguesse pas geauen fram geleaffullan mannum . On Godes naman ⁊ ðurh his bitigendan dom . ic beheode spa spa ic hæse habbe of ðan papan Leone ð' heononforð nan ne dyrstlæce ceosan him hlauordas of læpedan mannan ouer Godes erfpyrðnysse . Ac eal spa spa hit ys on ðan geprite ðe se papa hæfð giuen . oððe ða haligan peras ge setton ðe beoð ure fæderas and ure lareopas be haligum mynstrum . spa hi beliuon un apemmed butan ælcre ánsæce . Gif æni mann ys ð' þis Godes ⁊ ures papan ⁊ ure bebod healdan nelle . ac far seoð and far naht healdað : witan[2] hi ð' hi sculon gifan ge scead to foran Godes domsetle . ⁊ ic Aðelhard arb' mid tpelf biscopan . ⁊ mid þrim and tpentigan abbodan þis ylce mid rode tacne Christes ge trimmað and ge fæstnia[ð] .

Ego Adel'h'ardus gratia Dei humilis sanctæ Dorobernensis æcclesiæ archiepiscopus unanimo consilio totius sancti sinodi congregationibus omnium monasteriorum quæ olim a fidelibus Christo domino 'in' perpetuam libertatem dedita fuerant : in nomine Dei omnipotentis et per ejus tremendum judicium precipio sicut et ego mandatum a domno apostolico papa Leone percepi . ut ex hoc tempore nunquam temerario ausu super hereditatem domini laicos et seculares sibi presumant dominos eligere . Sed sicut in privilegiis ab apostolica sede datis habetur . seu etiam ab apostolicis viris in initio nascentis æcclesiæ traditum est per sanctos canones . vel etiam a propriis possessoribus monasteriorum constitutum ea regula et observantia disciplinæ . sua monastica jura studeant observare . Si ergo quod absit ipsi hoc nostrum mandatum et domni apostolici papæ spreverint . et pro nichilo ducunt : sciant se ante tribunal Christi nisi ante emendaverint . rationem reddituros ." Et

[1] See Had. and St., vol. iii, pp. 516 *et seq.*, for criticism on this title.
[2] From this word to end of sentence, written in the lower margin of the leaf.

subscripsit Aðelardus archiepiscopus cum . XII . episcopis . et XX^ti^. III^bus^. abbatibus exceptis aliis diversis ordinibus et gradibus .

[A.] MS. Cotton, Domitian A. viii, f. 40.

---

291. Council of Clovesho. *Settlement by Archbishop Athelhard of the Monasteries of Cocchan, or Cookham, co. Berks, and of Pectanege, on the Abbess Cynedritha, in exchange for certain lands in Kent.* A.D. 798.

✠ Regnante inperpetuum[1] Deo et domino nostro Jhesu Christo Ego Athelhardus[2] larga omnipotentis Dei gratia[3] annuente Dorobernensis ecclesiæ metropolitanus cum prestantissimo rege nostro Cenulfo . convocans universos provinciales episcopos nostros . duces et abbates . et cujuscunque dignitates[4] viros . ad sinodale[5] concilium in locum qui nominatur . Clovesho . Ibi sollicito ab eis scrutinio . quesivimus qualiter apud eos fides catholica haberetur . et quomodo christiana religio exerceretur . Hiis ita exquisitis una omnium voce ita responsum est . "Notum sit paternitati tuæ quia sicut primitus a sancta Romana et apostolica sede beatissimo papa Gregorio dirigente exarata est : ita credimus . et quod credimus : absque ambiguitate quantum possumus exercere satagimus". Postquam autem super hiis uberius tractatum est . ita exorsi sumus . "Necessarium est . fratres karissimi[6] ecclesias Dei et venerabiles viros qui jam multo tempore terrarum dispendio . et absumcione cirographorum miserabiliter laboraverant . corrigere". Hiis dictis : prolatæ sunt inscripciones monasterii quod vocatur Coccham[7] in medium terrarumque sibi adjacencium . Quod videlicet monasterium . cum omnibus ad illud pertinentibus terris . rex inclitus Merciorum Athelbaldus[8] ecclesiæ salvatoris . quæ sita est in civitate Dorobernia dedit . utque illius donacio perseverancior fieret : ex eadem terra cespitem . et cunctos libellos præmemorati cenobii . per venerabilem virum Cuthbertum archiepiscopum misit . et super altare salvatoris pro perpetua sua salute poni præcepit . Sed post mortem præfati pontificis easdam inscripciones . Dæiheah . et Osber[tu]s[9] quos idem pontifex alumnos nutrivit : maligno acti spiritu furati sunt . et Cenulfo regi Occidentalium Saxonum detulerunt . at ille accipiens statim testimonia litterarum . prædic-

[1] Imperp., B. K. [2] Athellardus, B.; Æðel., K. [3] Gra . Dei, B. [4] Sic, MS. [5] Syn., B. K. [6] Char., B. K. [7] Cotham, B. [8] Æðel., K. [9] Osb's, A.; Osbertus, B. K.

tum cenobium cum omnibus ad illud rite pertinentibus suis usibus coaptavit. neglectis prænominati archiepiscopi Cuthberti dictis et factis. Item Breguuinus et Ianbertus[1] archiepiscopi per singulas sinodos[2] suas. questi sunt de injuria ecclesiæ salvatoris illata et apud Cenulfum regem Occidentalem Saxonum. et apud Offa[3] regem Merciorum qui videlicet sæpe memoratum cenobium. Coccham[4]. et alias urbes quamplurimas. Cenulfo rege abstulit. et imperio Merciorum subegit. Tandem Cenulfus rex sera ductus penitentia. telligraphia. id est libellos quos a supradictis hominibus. Dæiheh[5]. et Osberto injuste perceperat: cum magna peccunia ecclesiæ Christi in Dorobemiam remisit. humi[l]lime[6] rogans ne sub tantæ auctoritatis anathemate periclitaretur. Verum rex Offa præmemoratum cenobium. Coccham[4] sicut sine litteris accepit: ita quanto tempore vixit detinuit. et absque litterarum testimonio suis post se heredibus reliquid[7]. Secundo autem anno regni Cenulfi facta est sinothus[8] sicut supra est prælibatum apud Clovesho. At ego Athelhardus[9] gratia Dei Dorobernensis archiepiscopus. et Cuba primicerius[10] mecum et multi alii ex illa ecclesia Christi sapientes libellos præfati cenobii Cocham[11] in concilium detulimus. Cumque coram sinotho[12] relicti fuissent omnium voce decretum est justum esse. ut metropolis ecclesia sepe præfatum cenobium Cocham[13] cujus inscripciones[14] in suo gremio habebat: perciperet quo[15] sub tanto tempore tam injuste spoliata fuerat. Tunc autem placuit michi Athelhardo[16] Dei gratia archisacerdoti. et Cynedrythæ[17] abbatissæ quæ eodem tempore sepedicto cenobio præfuit. a senioribus. ex utralibet parte Cantia: scilicet. et a[18] Bedeforde. ad hoc ibidem congregatis. quatinus ipsa Cynedrytha[19]. in regione Cantia daret michi pro commutacione sepe præfati cenobii terram centum et decem manensium. Sexaginta cassatorum videlicet in loco qui dicitur Fleote. et triginta in loco qui dicitur Teneham[20]. in tertio quoque loco ubi dicitur Crages[21] æuuelma[22]. viginti. Quas scilicet terras olim rex Offa. sibi viventi conscribere fecit suisque heredibus post eum. et post eorum cursum vitæ. ecclesiæ quæ sita est apud BEODEFORD consignari præcepit. Hoc etiam coram omni sinotho[23] elegimus ut ipsa abbatissa a me percipiet sepe nomina-

[1] Jamb., B. [2] Synod', B.; synodus, K. [3] Offam, B. K. [4] Cocham, B. [5] Deibeh, B. [6] Humillime, B. K. [7] Reliquit, B. K. [8] Synodus, B. K. [9] Athellardus, B.; Æðel, K. [10] Primicherius, K. [11] Cocham, B. [12] Synodo, B. K. [13] Cotham, B.; Coocham, K. [14] Inscriptiones, B. K. [15] -que, B. [16] Athellardo, B.; Æðel, K. [17] Synedrithæ, B.; Cyneðryðe, K. [18] a, B.; et, K. [19] Cynedritha, B.; Cyneðriða, K. [20] Tenaham, B. [21] Cregan, B. [22] Æwylma, K. [23] Synodo, B. K.

tum cenobium cum suis inscripcionibus[1]. et ego terras et libellos terrarum illarum quas michi in Cancia reddit . ab ea acciperem quatinus nulla in posterum[2] inter nos heredesque nostros et Offæ regis surgat contraversia[3]. Sed quod sub tam nobili[4] sinothis[5] testimonio inter nos confirmatum est indirupto federe servetur in perpetuum[2]. Ego quoque Athelhardus[6] archiepiscopus concedo Cynedrithæ[7] abbatissæ monasterium quod scitum[8] est in loco qui dicitur Pectanege ad habendum quod michi rex pius . Egfridus hereditatorio jure possidendum donavit atque conscripsit .

[A.] MS. Lambeth 1212, p. 312.
[B.] MS. Cotton, Claudius D. ii, f. 26.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. xxxx.
Thorpe, *Dipl.*, p. 40.
Haddan and Stubbs. vol. iii, p. 512.
Wilkins, i, 162.

---

292. *Profession of Denebert, Bishop of Worcester, to Æthelard, Archbishop of Canterbury.* A.D. 798.

PROFESSIO DENEBERTI UUICCIORUM EPISCOPI.

Piissimo prosatori atque in didasculatus sullimissimo ordine amantissimo ÆTHELARDO archiepiscopo . ego DENEBERTUS electus servunculus servorum Dei . perennem in Domino sospitatis salutem . Scio enim vere quod me tam indignum æcclesiæ quæ est in provincia Huuicciorum cum episcopatus officio præesse jussisti . quia michimet ipse conscius sum quod neque secularium rerum 'scientia' promptus sim : nec divinis . quod his omnibus majus est ! spiritalibusque ornamentis nisi paucis tantummodo instructus sum ! ut tanti honoris prærogativa extollar . Sed quia peritorum esse solet Dei domesticorum ut excellentia tuæ sagacitatis novit bene divertendi ab iis quæ sunt male acta . et assuetos faciendi quæ sunt perfectorum instrumentis propalata . Qua de re omissis retro actis piaculorum retinaculis . quæ quantæ vel qualescumque recesserunt perlongum est intendere modo . nunc autem cum prædestinantis Dei auxilio et tuæ vere sanctæ jussionis fulcimine cum omni humilitatis summissione tantum culmen præsulatus accipiam . atque obnixe geniculans obsecro paternitatis tuæ almitatem . uti me signo[9] . vel indigno discipulo

[1] Inscripti., B. K. [2] Imp., B. K. [3] Controv., K. [4] Nobilis, K.
[5] Synodi, K.; synod', B. [6] Athellardus, B.; Æðel., K. [7] Cyniðryðe, K.
[8] Situm . . . . hereditario, B. K.
[9] Digno, H.

utillimæ opitulationis solacium tam in rebus fugacibus saluberrime quam etiam in sullimissimis divinorum dogmatum cum tua divinitus concessa potestate impendere digneris . Ego autem juxta ritum sacri nostri canonis et secundum æcclesiasticam regulam quemadmodum virium possibilitas permittit omnem obœdientiæ famulatum cum intima cordis devotione una cum omnibus qui mecum sunt in Domino tuis piis præceptis exhibiturum esse veridico fine tenus profiteor ore . insuper et orthodoxam catholicam apostolicamque fidem sicut didici paucis exponam verbis . quia scriptum est . "Quicunque vult salvus esse . ante omnia opus est illi ut teneat catholicam fidem . Fides autem catholica hæc est . ut unum Deum in trinitate . et trinitatem in unitate veneremur . neque confundentes personas . neque substantiam separantes . Alia enim est persona patris . alia filii . alia spiritus sancti . Sed patris et filii et spiritus sancti una est divinitas . æqualis gloria . coæterna majestas . Pater a nullo est factus . nec creatus nec genitus . Filius a Patre solo est . non factus . nec creatus . sed genitus . Spiritus sanctus a patre et filio . non factus . nec creatus . nec genitus . sed procedens . In hac Trinitate nichil prius aut posterius . nichil majus aut minus . Sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt . et coæquales . Ita ut per omnia sicut supra dictum est et trinitas in unitate et unitas in trinitate veneranda sit" . Suscipio etiam decreta pontificum . et sex synodos catholicas antiquorum heroicorum virorum et præfixam ab eis regulam sincera devotione conservo . Hæc est fides nostra evangelicis et apostolicis traditionibus atque auctoritate firmata . et omnium quæ in hoc mundo sunt catholicarum æcclesiarum societate fundata . In qua nos per gratiam Dei omnipotentis permanere usque ad finem vitæ hujus confidimus et speramus . amen . Trinitas inseparabilis unaque Deitas ac sempiterna societas vos ab æthrali arce protegens . potentiæ fine tenus orantes pro nobis feliciter defendat . Necnon etiam pater beatissime almitati tuæ sanctitatis veridica professione confiteor Dorobernensi æcclesiæ stabile obœdientiæ prebere preceptum[1] votorum meorum sine ulla ambiguitate usque ad calcem vitæ meæ perseverando ad illam prædictam sedem tibi Ethelarde archiepiscope tuisque successoribus perenni titulo crucis Christi firmando roboravi . Bene valete .

[A.] MS. Cotton. Cleopatra E. i. f. 151 [illegible]
[T.] *Textus Roffensis*, ed. Hearne p. [illegible]
[H.] Haddan and Stubbs, vol. iii. p. [illegible]

[1] Here "preceptum"; [illegible], but next expuncted, and the following words marked as shown (") for transposition, A., T. and H. take no notice of this.

293. *Restoration by Coenuulf, King of the Mercians, to Christ Church, Canterbury, of land at Ciornincge, or Charing, etc., co. Kent.* A.D. 799.

In nomine redemtoris[1] mundi ego COENUULF[2] gratia Dei rex Merciorum . AEDILHARDO[3] archiepiscopo nostro rogante terram . XL . IIII . aratrorum ad metrapolitanam salvatoris ecclesiam spe futuræ reconpensationis[4] reddo ubi ita nominatur aet CIORNINCGE[5] . XXX . aratrorum aet Seleberhtes cert[6] sive Bryning lond decem quas videlicet terras olim rex Egcberhtus[7] magnarum reconpensatione gazarum[8] ad prænominatam perdonavit ecclesiam item quatuor aratro[9] ubi dicitur Humbing lond on Biora . ham . quam etiam terram præfatus Egcberhtus[10] suo ministro nomine Aldhun tradidit . at ille ultra mare tendens suum dederat agrum prædictam[11] familiae . quae morabatur . ad ecclesiam salvatoris . sibimet ipsis in jus proprium et in dominium communis[12] necessitatibus ad habendum et fruendum feliciter . in domino sed harum post modum possessiones terrarum Offa rex et decus Brittaniae[13] inmutavit suisque distribuit ministris dicens injustum fuisse[14] quod minister ejus præsumsisset[15] terram sibi a domino distributam absque ejus testimonio in alterius potestatem dare sed modo tamen ego rex COENUULFUS[16] rogatu præfati pontificis consensientibus omnibus episcopis ac principibus nostris earundem terrarum possessionem pro mea perpetua salute et pace ac[17] victoria amicissimae Merciorum plebis necnon et erogatione pecuniæ[18] . cujus aestimatio centum tenet mancusas . eodem modo et eadem condicione sive ecclesiam Christi seu etiam illa . IIII . aratra aet Burnan congregatione et familiae Dorovernensis ecclesiæ in jus pro[p]rium[19] ad habendum perpetuo p'donabo . sicut ante fuisset[20] constitutum 'et condonatum' sub Egcberhto[21] regi et hanc donationem meam sub inlustrium[22] testimonio virorum[23] ut ita permaneant sanctae crucis sigillo confirmo .

Facta est autem haec utrumque donatio[24] anno dominicae incarnationis . DCC°. XC°. VIIII°. in vicu[25] regio aet Tome porðige . qui est tertius annus inperii nostri indictio[ne] . vero . VII .

[1] Redempt., B. [2] Cenulf, B.; Coenulf, K. [3] Aethelardo, B. [4] Compens., B. [5] At Cherringe, B.; Charing, K. [6] Seleberhtes Cert, B.; Chert, K. [7] Ecgb., B. [8] Gratiarum, K. [9] Aratros, B.; aratrorum, K. [10] Egbertus, B. [11] -tum, B. K. [12] Communibus, B. [13] Britanniæ, B. [14] Esse, K. [15] Præsumpserit, K. [16] Ceonulfus, B. [17] A, B.; et, K. [18] Peccuniæ, B. [19] Proprium, B. [20] Fuit, K. [21] Ecgberto, B. [22] Illus., K. [23] Virorum, K. [24] Facta est hæc donatio, K. [25] Vico, K.

✠ Ego Coenuulf[1] rex testes donabo et subscribo .
✠ Ego Hygeberht archiepiscopus cons̄ et subscribo[2] .
✠ Ego Aeðilheard[3] archiepiscopus testes subscribo .
✠ Ego Uupuna[4] episcopus subscribo .
✠ Ego Cyneberht[5] episcopus subscribo[6] .
✠ Ego Alhheard[7] episcopus subscribo .
✠ Ego Haðared[8] episcopus subscribo .
✠ Ego Utel episcopus subscribo .
✠ Ego Tidferð episcopus subscribo[9].
✠ Ego Eaduulf episcopus subscribo[9].
✠ Ego Ƿiohthun[10] episcopus subscribo .
✠ Ego Haðaberht[11] episcopus subscribo .
✠ Ego Alhmund abbas . ✠ Ego Forðred[13] abbas .
✠ Ego Bionna[12] abbas . ✠ Ego Ƿigmund abbas .

Hii venerabiles testes consenserunt et subscripserunt[14] . Verte folium et inspicis[15] nomina principum qui hoc consensientes signum manus imposuerunt .

✠ Brorda princeps . ✠ Esne[19] princeps .
✠ Aethelmund[16] dux . ✠ Uicga[20] dux .
✠ Uigberht[17] dux . ✠ Beornmoð[21] dux .
✠ Heardberht dux . ✠ Heaberht[22] dux .
✠ Ciolmund[18] dux . ✠ Cuðred[23] dux .
✠ Eadgar dux . ✠ Lulling[24] dux .

Endorsed:—" Cyrring . cert" , *in hand of the* XIth *century; and*: " Kenulf rex dedit Athilarð . archiepiscopo . cerring . XXX[a] . aratra . selebertes cert . biringland . X . item umbingland on berham . IIII . aratra quæ Aldun minister regis ecclesiæ Christi dederat . Item . IIII . aratra et burnan pro . C . manc[us]is auri . latine". *and over* "dedit", *etc., the correction* "reddidit quas prius Egbertus rex dederat ⁊ Offa rex abstulit". *in a hand of the* XIIth *century.*

[A.] Original Charter in British Museum, Ashburnham MSS., Stowe Ch., No. 6.
[B.] MS. Lambeth 1212, p. 344.
Reg. C. C. Cantuar., A., f. 168.
MS. Cotton Cleop. E. I., f. 6b. (Late copy.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. 1xxx.

[1] Cenulfus, B. [2] Scribo, B. [3] Adelard, B. [4] Uupona, B.
[5] Cynebertthus, B. [6] Here K. adds ✠ Ego Tidberht episcopus subscribo ✠ Ego Eaduulf episcopus subscribo . [7] Alcheard, B. [8] Headared, B.
[9] These lines omitted, K. [10] pedhtun, B. [11] Headaberht, B. [12] Beo, B.
[13] Ford., B. [14] Consscr., K. [15] Verte f. e. inspicis, omitted, B. K.
[16] Erne, B. [17] Eadelm., B. [18] Uuigberth, B.; Hunberht, K.
[19] Ceolmund, B. [20] ƿicga, B.; Wiga, K. [21] Beornod, B.; Beornoð, K.
[22] Heardberht, K. [23] Cudred, B. [24] Lullyng, K.

294. *Restoration by King Cenulph to Christ Christ, Canterbury, of land at Cerrings, or Charing, etc., co. Kent.* A.D. 799.

Anno dominicæ incarnationis . DCC . XCIX . Ego CENULPHUS Rex venerabili archiepiscopo ATHELARDO et primato[1] tocius Britanniæ rogante . reddo ecclesiæ Christi . quæ est in DOROBERNIA quasdam terras . quas olim Rex Offa eidem ecclesiæ ablatas suis contulit ministris[2]. Hæc sunt . CERRINGGES . Selebertes ceart . Briuingland[3] et Burnan . in parte occidente[4] Berham . Has ut præfatus sum[5] pro perpetua salute mea rogatu prænominati pontificis consentientibusque episcopis . et principibus meis . reddo liberas ab omni sæculari servitio et tributo regali . et hanc meam donationem ut inviolata permaneat ! sigillo sanctæ crucis confirmo .

Si quis de hinc easdem terras a jure præfatæ ecclesiæ amoverit ; ex parte omnipotentis Dei . et omnium sanctorum et nostra . scilicet tocius concilii . in quo hic in nomine domini congregati sumus . excommunicetur . et a Deo[6] cum diabolo in infernum deputetur . nisi ante mortem Deo et eidem ecclesiæ Christi in Dorobernia[7] civitate satisfaciat .

[A.] MS. Lambeth 1212, p. 313. Twysden. *Hist. Ang.*, c. 2212. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CLXXXI; from [A.]

This and the foregoing charter probably refer to the same transaction ; the former being the full text, the latter an abridgment.

---

295. *Grant by King Coenwulf to Balthun, Abbot of Kempsey, co. Worcester.* A.D. 799.

✠ Tempora temporibus succedunt atque ad finem tamquam decidens folium 'in praeceps transeat'[8] Ideo omnes firmas statutiones litterarum serie[9] commendamus ne forte in posterum aliquis ignorantiae avaritiaeve fraude inlectus infringere presumat decretalia patrum fidelium . sicut Grecorum est consuetudo quia quicquid firmiter scire volunt litteris commendant ne ex memoria labetur . Hanc vero terram COENPULF rex donans donat BALTHUNO[10]

[1] Primate, K. [2] Quarum nomina, added, K. [3] Briuningl., K. [4] -dentali, K. [5] Terras, added, K. [6] Adeo, K. [7] -berna, K. [8] Praeceps transeunt, K. H. D. [9] Seriei, K. H. D. [10] Balthuno, K. H. D.; indistinct in A.

abbati et liberam conscripsit . in omnibus tam in campo quam in silva tam etiam in flumine et in omnibus utilitatibus ad eandem rite terram pertinentibus in monasterium quae dicitur KEMESEI . XXX . manentium sive ad habendum tam[1] diu vivat et post se suis heredibus cuicumque voluerit liberam donando[2] habeat facultatem. Et nulli homini nichil facere de eadem terra exceptis tantum iii[3] causis pontem facere et arcem et expeditionem . Hanc quoque libertatem prefati monasterii Balthun Abbas comparavit . a prædicto rege Coenpulfo et illi dedit terram . XII . manentium in loco qui vocatur Hereford sive ad habendum suisque heredibus perhenniter relinquendum ut eo firmius et immutabilius hoc decretum permaneat . De partibus vero et de causis singulare[4] solvere pratium et nihil aliud de hac terra . et eandem libertatem ego Coenpulf rex donabo Balthune[5] abbati sive[6] ad habendum tam diu vivat . et post se suis heredibus perhenniter ad perfruendum . Pax servantibus it consentientibus huic donationi . Contradicentibus discordia semper sine fine amen . Haec cartula scripta est anno dominice incarnationis . DCC . XC° . VIIII[a] . indictione . VII[a] . eodem anno facta est pax inter Merciones et occidentales Saxones et cum juramentis firma[7] foedere roborata est sub regibus Coenpulfo et Ecberhto . Hanc donationem consensit et cum sua manu signum crucis inposuit . Cum episcopis et principibus quorum nomina hic infra habentur . In eodem concilio qui dicitur Colles hyl .

✠ Ego Coenpulf rex Crucem Christi inposui .
REGNANTE in perpetuum domino nostro Jhesu Christo. Ego CYNULFUS rex Saxonum dedi fratribus in monasterio Sancti Petri quod situm est in civitate AET BATHUM. aliquam terræ particulam mei proprii juris. hoc est V. mansiones in loco qui dicitur NORÞSTOC. ut habeant sibi et posteriores illorum in illo monasterio in perpetuam possessionem ad usum necessarium.

Et si aliquis in futuro hoc irrumpere voluerit. sciat se maledictum et in hoc seculo et in futuro. Et si quis voluerit conservare quod constituimus in hoc dono conservet illi dominus partem æternæ beatitudinis in sæcula.

Anno ab incarnatione domini. DCCC. VIII. facta est hæc donatio. et in hujus doni testimonio extiterunt hi quorum inferius nomina recitata sunt.

Ego CYNULFUS rex Saxonum hoc donum signo crucis firmavi ✠.
Ego Cuðbertus gratia dei archiepiscopus consensi et subscripsi et perverțenti hoc donum maledixi in perpetuum ✠.
Ego Torhthelmus episcopus consensi ✠.
Ego Cyneardus episcopus consensi ✠.
Ego Eanfirdus[1] episcopus consensi ✠.
Ego Herepardus episcopus consensi ✠.
Ego Egeulfus episcopus consensi ✠.
Ego Milredus episcopus consensi ✠.
✠ Ego Acca episcopus consensi.
✠ Ego Aldulfus episcopus consensi.
✠ Ego Eardulfus episcopus consensi.
✠ Signum manu[2] Bootpine[3] abbatis.
✠ Signum manu Eatan.
✠ Signum manu Dieres.
✠ Signum manu Alhfirþi[4].
✠ Signum manu Aldberhti.
✠ Signum manu Eadbaldi.
✠ Ego[5] Offa rex Merciorum his statutis consensi.

Et hæc sunt territoria. Divisiones. Ærest of Spinforda upp andlang broces to Ceolnes pyllan; andlang hegeræpe to luttes crundele; ðanon to grafes opisce; andlang opisc to pege; andlang peges to Ælesbeorge nyðer on Alercumb; andlang Alercumbes ut on Afene; andlang Afene ðæt eft on Spinford.

[A.] MS. C. C. C. Cantab. cxi, f. 77. | [K.] Kemble, Cod. Dipl. No. [illegible]; from [A.] Boundaries in vol. [illegible], p. [illegible].

[1] Eanfridus, K. [2] Manus, K.; and so throughout. [3] Botwine, K.
[4] Albfriþi, K. [5] Et ego, K.

328. *Grant by Ceonulf, King of the Mercians and of Kent, to Uulfred, Archbishop of Canterbury, of land at Berham, Beorcham, or Barham, co. Kent.* A.D. 809.

BERHAM.

✠ In nomine alti throni Dei summi regis aeterni. Ego CEONULFUS Christi gracia rex Merciorum atque provincie Cancie dabo et concedo viro venerando UULFREDO metropolitane sancte salvatoris ecclesie archiepiscopo aliquam partam terre juris mei a Deo data michi potestate in propriam hereditariam. Hoc est. VII. aratrorum in loco qui dicitur BEORCHAM pro estimacione peccunie ejus. XXX. libras. cum omnibus usis ad se rite pertinentibus vel in sese habentes. silvis. campis. pascuis. pratis. venacionibus. fontanisque. perpetue libertatis munificencie tibi perfruendo concessum sit. Et post obitum tuum cuicumque tibi complacuerit in eadem condicionem semper heredibus tuis. qua a me concessum est tibi. Ita per omnia sine aliqua lesionis injuria. eternaliter permaneat. Cum certissimis et notissimis terminum propinquis adherentibus. et circumjacentibus. qui ab indigenis telluri illius nuncupantur ab orientale plaga meldun ab australe parte. Berham. ab occidente. haredā. Et ab aquilonale parte. Ealdhuninglond. hiis terminibus circumpositus. et caracteribus prenotatum est.

Si quis contra hanc donacionem meam diabolica fraude infringere temptaverit. sciat se sine dubio anathemam maranatam esse nisi digna satisfactione emendaverit. Et si quis augendo multiplicare voluerit. augeat omnipotens Deus illi eterna bona in celestibus regnis.

Actum est, anno dominice incarnacionis. DCCC°. VIIII. Indictione. II. juxta monasterium quod dicitur Crogedena coram hiis testibus quorum infra nomina caraxata digesta sunt.

✠ Ego Uulfredus gracia Dei archiepiscopus consensiens subscripsi.
✠ Ego Deneberhtus episcopus consenciens subscripsi.
✠ Ego Heardberht dux consensi et subscripsi.
✠ Ego Beornod dux consensi et subscripsi.
✠ Ego Ceolƿard dux consensi et subscripsi.
✠ Ego Cynhelm dux consensi et subscripsi.
✠ Ego Ƿisheard dux consensi et subscripsi.
✠ Ego Eatferd dux consensi et subscripsi.

✠ Ego Uulfred dux consensi et subscripsi.
✠ Ego Ploesa dux consensi [et] subscripsi.
✠ Ego Eadberht dux consensi [et] subscripsi.
✠ Ego Ecguulf dux consensi [et] subscripsi.
✠ Ego Ƿigheard pincerna consensi et subscripsi.

Hanc predictam donacionem scripserunt satrapes Cantuariorum Anno dominice incarnacionis. DCCC°. X°. Indictione. III. in civitate famosa. quæ antiquo vocabulo Dorovernia dicitur. Eciam eorum nomina subter notatur ascribuntur.

✠ Ego Uulfredus gracia Dei archiepiscopus canonice consensi et subscripsi.
✠ Ego Esne comes consensi et subscripsi.
✠ Ego Aldberht consensi et subscripsi.
✠ Ƿethere consensi et subscripsi.
✠ Ego Sigheard consensi et subscripsi.
✠ Ego Esne consensi et subscripsi.
✠ Ego Eadberht consensi et subscripsi.
✠ Ego Hereferð consensi et subscripsi.
✠ Ego Ældred consensi et subscripsi.
✠ Ego Ƿithred. consensi et subscripsi.
✠ Ego Escberth. consensi et subscripsi.
✠ Ego Oseberht consensi et subscripsi.
✠ Ego Bernoð consensi et subscripsi.

MS. Lambeth 1212, p. 380. | Omitted by Kemble.

---

329. *Short form of the preceding Charter.*

BERHAM. IBINCTUN.

[A]nno dominicæ incarnationis. DCCC. IX. Ego CENULFUS rex Cancie concedo WLFREDO archiepiscopo dilecto michi terram juris mei septem aratrorum quæ dicitur BEREHAM pro ejus competenti peccunia. id est Triginta libris denariorum. Item in alio loco in Cancia dedi eidem venerabili viro ad opus prefate Christi ecclesie et monachorum ibidem Deo servientium terram viginti quinque jugerum nomine IBBINCTUN. liberas ab omnibus secularibus anxietatibus. exceptis. communi expedicione. pontis et arcis constructione.

[A.] MS. Lambeth 1212, p. 318.
[B.] Twysden, *Hist. Ang.* col. 2215.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cccxv; from [A.] and [B.]
Cf. Haddan and Stubbs vol. iii, p. 466.

330. *Will of Osuulf, Alderman, and of Beornðryð his wife, granting to Christ Church, Canterbury, land at Stanstead, co. Kent; recited and confirmed (with details of the annual charges on the land) by Uulfred, Archbishop of Canterbury.* A.D. 805 × 810.

✠ Ic OSUULF Aldormonn mid Godes gæfe ond BEORNÐRYÐ min gemecca sellað to CANTUARABYRG to Cristes cirican ðæt lond æt STANHAM STEDE. XX. spuluncga Gode allmehtgum ⁊ ðere halgon gesomnuncgæ fore hyhte ⁊ fore aedleane ðæs aecan ⁊ ðaes topardon lifes, ⁊ fore uncerra saula hela ⁊ uncerra bearna. Ond mid micelre eaðmodnisse biddað ðæt pit moten bion on ðem gemanon ðe ðaer Godes ðiopas siondan ⁊ ða menn ða ðaer hlafordas pæron ⁊ ðara monna ðe hiora lond to ðaere cirican saldon. Ond ðættæ mon unce tide ymb tuælfmonað mon geuueorðiæ on godcundum godum ⁊ æc on aelmessan suæ mon hiora doeð,

Ic ðonne UULFRED mid Godes gaefe arc[hi]epis[copus] ðas forecuaedenan uuord fulliae ⁊ bebeode ðæt mon ymb tuælfmonað hiora tid boega ðus geuueorðiae to anes daeges to Osuulfes tide ge mid godcundum godum ge mid aelmessan ge aec mid higna suesendum, ðonne bebeode ic ðaet mon ðas ðing selle ymb tuælfmonað of Liminum ðe ðis forecuaede'ne' lond to limpeð of ðaem ilcan lónde æt Stanham stede. CXX. huaeteura hlafa. ⁊ XXX. clenra[1]. ⁊ an hriðer dugunde. ⁊. IIII. scæp. ⁊ tua flicca. ⁊. U. goes. ⁊. X. hennfuglas. ⁊. X. pund caeses gif hit fuguldaeg sie, Gif hit ðonne festen dæg sie. selle mon uuæge cæsa ⁊ fisces ⁊ butran ⁊ aegera ðaet mon begeotan maege. ⁊ XXX. ombra godes uuelesces aloð ðet limpeð to XU. mittum. ⁊ mittan fulne huniges. oððа tuægen uuines. suæ hpaeder suae mon ðonne begeotan maege Ond of higna gemænum godum ðaer aet ham mon geselle. CXX. gesuflra hlafa to aelmessan for hiora saula. suae mon aet hlaforda tidum doeð. Ond ðas forecuædenan suæsenda all agefe mon ðæm reogolparde ⁊ he brytniæ spæ higum maest red sie ⁊ ðaem saplum soelest. aec mon ðaet peax agæfe to ciricican[2] ⁊ hiora saplum nytt gedoe ðe hit man fore doeð. aec ic bebeode minum aefterfylgendum ðe ðaet lond hæbben aet Burnan ðaet hiae simle ymb. XII. monað foran to ðære tide gegeorpien ten hund hlafa ⁊ spae feola sufla ⁊ ðet mon gedele to aelmessan aet ðere tide. fore mine saple ⁊ Osuulfes ⁊ Beornðryðe 'aet Cristes cirican' ⁊ him se reogolpeord on byrg gebeode foran to hponne sio tid sie. aec ic bidde higon

[1] Dcura, F. [2] Cirican, T.

ðette hio ðas godcundan god gedon aet ðere tide fore hiora saƿlum ðaet aeghƿilc messepriost gesinge fore Osuulfes saƿle tƿa messan tƿa fore Beornðryðe saƿle . ⁊ aeghƿilc diacon arede tƿa *passione* fore his saƿle tƿa fore hire Ond aeghƿilc godes ðioƿ gesinge tƿa *fiftig* fore his saƿle tƿa fore hire . ðaette ge fore uueorolde sien ge blitsade mid ðem ƿeoroldcundum godum ⁊ hiora saula mid ðem godcundum godum . aec ic biddo higon ðaet ge me ge mynen aet ðere tide mid suilce godcunde gode suilce ioƿ cynlic ðynce . Ic ðe ðas gesettnesse sette ge hueder ge for higna lufon ge ðeara saula ðe haer beforan hiora namon auuritene siondon .

VALETE IN DOMINO.

Endorsed, by a nearly contemporary hand:—"þis is gesetnes Osulf ond Biarnðryðe"; *and by a hand of the xiith century (the date having been added at a later time):*—" Anno DCCCVI Osulfus alderman dedit Stanhamstede ecclesie Christi tempore Ƿlfredi archiepiscopi . Anglice".

[A.] Original Charter in Brit. Mus., Cotton, Augustus II, 79.
Brit. Mus., *Facs.*, i, 15.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. ccxxvi; from [A.]
MS. Lambeth 1212, p. 406. (Very corrupt and inaccurate.)
[T.] Thorpe, *Dipl.*, p. 460; from [A.]

For date *cf.* Haddan and Stubbs, vol. iii, p. 567.

---

331. *Grant by Earl Algar to Siward, Abbot of Croyland, of land in Holbeach and Whaplode, co. Linc., etc.* A.D. 810.

Christianis universis per totam Merciam manentibus Algarus[1] comes salutem .

Intelligere volo vos omnes quod ego donavi spirituali patri meo SIWARDO abbati Croylandiæ , et omnibus ibidem abbatibus post ipsum , et eorum monachis , in HOLEBECH et in CAPPELAD , quatuor carucatas terræ , et sex bovatas et duodecim acras prati , cum ecclesia paroch[iali] de Cappelad et ejus presbytero[2] et cum capella sancti Johannis Baptistæ in eadem villa una cum merseo duarum millium acrarum in litore maris , et marisco [trium] millium acrarum juxta aquam suam de Schepishee , et in Spaldelyng duas carucatas terræ , et in Pyncebek dimidiam carucatam terræ , et in Algare undecim bovatas , et in Donnedik duas carucatas et

[1] Ælg., K. [2] -ro, K.

viginti acras prati, et in Draiton unam carucatam et sex acras prati, et quatuor salin.[1] et cum una car[2]. in Burtoft cum ecclesia de Sutterton, et cum capella sua de Salteney.

Hæc mea donaria dedi in perpetuam eleemosynam præfato abbati Siwardo et monachis suis, ad sustentationem sui monasterii, quoniam, sicut sæpe didici, insula sua nullius est ferax tritici: Et cum hoc chirographo apud Legecestriam in præsentia domini mei regis Kenulphi anno incarnationis Christi. DCCC. X. stabiliter confirmavi ✠.

Ego Kenulphus rex Merciorum concessi ✠.
Ego Wlfredus archiepiscopus Dorobernicæ consului ✠.
Ego Wonwona episcopus Legecestrensis collaudavi ✠.
Ego Celwlphus frater regis Kenulphi approbavi ✠.
Ego Algarus[3] filius Algari[3] gratum habui ✠.

[A.] Fulman, *Rer. Angl. Scrip. Vet.*, vol. i, p. 95. (Oxon., 1684.)
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. MXXVI.

See Harley Roll in Brit. Mus., Y 6, vignette xviii; in W. de G. Birch, *Memorials of St. Guthlac*, pp. liii, 63 (plate).

---

332. *Grant by Archbishop Uulfred of lands near Folkstone and Lyminge (?), in the Eastry district, etc., co. Kent, to Christ Church Monastery, Canterbury, in exchange for land at Bishop's Bourn, co. Kent.* 21st April, A.D. 811.

✠ In nomine altithroni Dei summi regis aeterni. Ego UULFRED domini inspirante gratia Christi ecclesiae antistes pro reverentia domini nostri Jhesu Christi. ac pro devotissimo sincerae caritatis affectu, et pro expiatione piaculorum meorum. seu etiam pro mutua commoda vicissitudinis agellorum nostrorum quorundam. hoc est verbi gratia quod familiae Christi ecclesiae id est proprie nostris fratribus in perpetuae hereditatis facultatem tribuens donabo terram trium aratrum meae propriæ juris in regione Easterege quae inibi ab incolis Folcuuining lond vocatur atque iterum etiam in eadem regione Eosterege meae proprie hereditatis ruriculum unius aratri illis tribus adherens predictis nostrae fraternitati on byrg ad possidendum reddo. Haec quattuor quoque po's's'es'siones aratra ita mihi in propriam pertinerunt condicionem. illa igitur tria aratra id est ðæt Folcpining lond on Eosterge ⁊ unum aratrum ibi in nostrae terrae medio et Liminum Coenuulf rex mihi cum suis primis dignitatum gradibus cum ceteris

[1] Salingas, K. [2] Carucata. K. [3] Ælfg., K.

agellis donaverit. pro illius agelli conparatione on Magonsetum æt Geardcylle[1] terra decim manentium quem á Cyneðryðae adquirere ⁊ conparare curavi. Sed illud aratrum unum on Liminum de quo prediximus id est ðæt Ƿynnhearding lond ⁊ Babbing long ⁊ an iocled on Uppan ufre quam terram id est aratrum illud æt Liminum ad Christi ecclesiā[e] tribuam pro agello illius aratri qui fratribus nostris sicut predixi tradidi on Eosterge. et illud jam dudum etiam Christi ecclesiae proprium fuit, Insuper etiam addidi on Eostorege quintum aratrum fratribus nostris concedendam quod a Reacolvensae ecclesiae prius transmotaveram quod Dunpaling lond dicitur. hoc ego ea condicione addens dabo ut quanto eorum humilitas atque oboedientia circa nos devotior fuerit. tanto igitur illis semper largiores in cunctis bonis domino miserante existere curamus. Has itaque terrulas ideo collegere et simul ita in unum conjungere eximiae caritatis industria curavi. ut facilius elaborare ac desudare sua propria in illis potuissent quasi adunate unius termini intra septa conclusi. atque illas etiam meae propriae arbitrio in domino nostris fratribus perpetue dono cum omnibus bonis ad se rite undecumque pertinentibus cum silvis pascuis pratibusque ⁊ cum omni eximia libertatis honore eis tribuam exceptis tribus tantum debitis. id est expeditionem ⁊ arcis munitionem ⁊ pontis instructionem adversus paganos. ut nostra familia videlicet fratres nostri feliciter et perpetualiter salva jure illis. juxta suae necessitatis proprietatem per omnia ut illis placuerit in domino fruerentur. hujus ego reconciliationis nostrae vicissitudinem benivola mente adnuendo consentiendo crucis Christi vexillo roborabo.

Hac tamen vera interposita rationis condicione tam clementer hoc agens quod mihi ⁊ meis heredibus tam stabile ⁊ immune ⁊ perpetuae inmobile fixum in domino in ævum perduret illa verbi gratia vicissitudinis transmotatio quam mihi familia nostri fratres videlicet ex suo proprio juris arbitrio unanimo desiderio ⁊ consono mentis consensu cunctorum seniorum juniorumque propria voluntate tradiderunt terram utique ubi ab incolis regionis æt Burnan vocabulum dicitur. quattuor aratrum quam terram totam jam dudum Aldhun quidam comes venerabiles propinquus domni Iaenberhti archiepiscopi familiae ⁊ propriae singulariterque fratribus pro aeterna familiaritate &c pro animae suae redemptione jure perpetua liberaque ad possidendum illis donaverat. illamque terram Ecgberht rex Aldhuno conscribendo dederat. Sed post eo rex Offa predictam terram a nostra familia abstulit videlicet quasi

[1] Yarkhill, in the district of the Magesætas, co. Heref.

non liceret Ecgberhto agros hereditario jure scribere. Sed post ea beatae memoriae Aeðelheard archiepiscopus a rege Offa adquirere studuit illam terram cum integra libertate ad Christi ecclesiam. Sed ⁊ ipse Aeðelheard archiepiscopus noster paulo ante obitum suum cum persuassione amicorum fratribus nostris illam terram cum illa libertate ⁊ cunctis rebus rite ad eam pertinentibus restituere demandavit. ut illi terræ fructibus utilitatisque usibus fratres pro redemtione animæ illius perpetuæ secundum suum placitum tantum in domino fruerentur.

Quamobrem fratres ac familia nostra illa quattuor aratra ipsius terræ æt Burnan propriæ illorum juris hereditatem mihi in jus propriæ ac perpetuæ hereditatis arbitrium tradiderunt ad transmotationis vicissitudinem illius terræ on Easterege quam prediximus, mihi quoque tam liberam ⁊ securam per omnia habendam fruendamque perpetuæ ⁊ ad trahendam secundum meae voluntatis placitum arbitriumque in aevum dederunt ⁊ consentientibus animis cunctorumque manibus crucis signaculo libenter subscribentibus atque hoc etiam difini'vi'mus ⁊ firmiter reconciliantes coram idoneis testibus roboravimus ut tota illa terra quam ipsi tradiderunt mihi æt Burnan tam immunis absque alicujus contradictionis obstacula perpetuæ fieri posset sicut illa terra on Eostorege quam illis dederam eis perpetuæ inviolabilem esse desiderio.

Si autem quod absit aliquis malivola audacia hanc nostram vicissitudinem per tyrannidem invadere vel infringere temtaverit noverit se ante tribunal summi ⁊ tremendi judicis Christi esse rationem redditurum. nisi illud prius digna satisfactione emendaverit. et si qualibet nostrae partis condicio innocens ⁊ incontaminata reperta ipsius rei fuerit seu forte utraque suae propriae juris possessio salva ⁊ integra ratione ad pristinæ hereditatis gremium revertetur. pars autem illa quæ rea ⁊ depravata fuerit suae propriae partis rea privetur et justum arbitrorum judicium subire cogetur ibique juste districtiones accipiat sentiatque satisfactionem.

✠ Ego Uulfred gratia Dei archiepiscopus hujus reconciliationis nostrae vicissitudinem signo sanctae crucis Christi confirmabo ⁊ subscribo.
✠ Ego Beornmodus episcopus consens' ⁊ sub's.
✠ Ego Ƿernoð presbiter ⁊ abbas consens' ⁊ sub'.
✠ Ego Beornƿine presbiter ⁊ abbas consens' ⁊ sub'.
✠ Ego Feologeld presbiter ⁊ abbas consens' ⁊ sub'.
✠ Aeðelhun presbiter consens' ⁊ sub'.

✠ Ceolstan presbiter ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Heamund presbiter ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Osuulf presbiter ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Heremod presbiter ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Tudda presbiter ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Deornoð presbiter ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Abba presbiter ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Guðmund presbiter ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Badaheard presbiter ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Cuðric presbiter ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Hunferð presbiter ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Uuilnoð presbiter ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Dryhtnoð presbiter ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Eangeard presbiter ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Aeðelheah presbiter ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Ealhun presbiter ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Deneberht diaconus. consens' ⁊ sub'.
✠ Coenhere diaconus. ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Tilred diaconus ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Billheard diaconus ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Dudd diaconus ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Goda diaconus ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Brunheard diaconus ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Uulfheard ɔsens' ⁊ sub'.
✠ Osmund ɔsens' ⁊ sub'.

Actum est autem hoc anno dominicæ incarnationis. DCCC. XI. indictione enim. IIII^a. imperii autem Coenuulfi regis. XV. anno præsulatus autem Ƿulfredi archiepiscopi anno. VI. die autem undecimo k'l mai'. in loco preclara in civitate Dorovernia. regnante domino sine fine, amen:—

Endorsed in a hand of the xiiith century:—". VI. Commutatio quarundam terrarum inter archiepiscopum Wlfredum ⁊ fratres ecclesie Christi id est Folquiningland. III. aratra an Eastreie. ⁊ . I. aratrum in loco qui dicitur Biri. ⁊. I. in loco qui dicitur Dunpalingland. pro Burne. IIII. aratrorum". "latine. bonum."

[A.] Original Charter in British Museum, Cotton, Augustus II 47. | Brit. Mus., Facs., ii, 11.
[K.] Kemble, Cod. Dipl., No. cxcv; from [A.

333. *Profession of Ethelnod, Bishop of London, to Wulfred, Archbishop of Canterbury.* A.D. 805 x 811.

PROFESSIO ETHELNODI LUNDONIENSIS EPISCOPI.

In nomine altithroni conditoris æterni ego ETHELNODUS electus LUNDONIÆ humilis Christi famulus suppliciter profiteor quia cum omnipotentis Dei auxilio cujus consilium stat . et omnis voluntas fiet . quia libenter quam diu erit halitus in me et spiritus in naribus meis . sanctæ ecclesiæ salvatoris mundi tibi UULFREDE archiepiscope tuisque successoribus quem superna prævidet gratia et nobis prædestinat in patrem . devota et fideli mente deservire et obœdire desidero . et illam sanctam et apostolicam fidem quam patres nostri digne servaverunt . cum omni humilitate et obœdientia divina simul et humana sicut prædecessores mei ipsi sanctæ sedi æcclesiæ Christi subjuncti sunt ! semper servare me velle humiliter per omnia fateor . Et quod illi hic et ibi juste plebi Dei prædicaverunt . et custodiendo impleverunt ! hoc prædicare et observare non cesso . favente et volente pio domino salvatore nostro Jhesu Christo . et obtemperantiæ semitam ad metropolitanam Dorobernensis æcclesiæ sedem vita comite usque ad finem vitæ meæ . cum auxilio Dei custodiam conservans . tibique triumphali tropheo crucis Christi reverentissimo præsuli Uulfredo sponsionum mearum manu propria perpetualiter finxera[1] feci .

[A.] MS. Cotton, Cleopatra E. i, f. 20. | *Reg. Cant.*, A. i, f. 243.
Textus Roffensis, ed. Hearne, p. 260. | Haddan and Stubbs, vol. iii, p. 568.

---

334. *Profession of Wigthegn, Bishop of Winchester, to Wulfred, Archbishop of Canterbury.* A.D. 805 x 811.

PROFESSIO WIGTHEGNI WENTANI EPISCOPI.

In nomine Dei summi et domini nostri Jhesu Christi . ego UUIGTHEGNUS humilis licet indignus ad episcopalem sedem UUENTANÆ civitatis[2]. in primis profiteor tibi reverentissime pater UULFREDE archiepiscope . quod absque ambiguitate credo in Deum patrem . et filium . et spiritum sanctum . 'filium' natum . ac passum pro humani generis redemptione et salute . Cujus potestas et imperium erat ante seculum . et regni ejus non erit finis . Et

[1] *Sic*, MS. ? *for* pignora.
[2] Electus, added, H.

illam rectam et orthodoxam fidem quam priores patres nostri devote servaverunt cum omni humilitate et sincera devotione sic ut prædecessores mei ipsi sanctæ sedi Dorobernensis ecclesiæ subjuncti sunt semper servare me velle humiliter fateor. Necnon et tibi pater beatissime Uulfrede archiepiscope tuisque successoribus veridica professione profiteor stabile obedientiæ prebere præceptum votorum meorum sine ullo scrupulo falsæ cogitationis usque ad terminum vitæ meæ.

Ego Uuigthegnus mea propria manu perenni signaculo sanctæ crucis Christi firmando roboravi.

[A.] MS. Cotton, Cleopatra E. i, f. 205. | *Reg. Cant.*, A. i, f. 282.
Textus Roffensis, ed. Hearne, p. 261. | [H.] Haddan and Stubbs, vol. iii, p. 569.

---

335. COUNCIL OF LONDON. *Grant by Coenulf, King of the Mercians, to Wulfred, Archbishop of Canterbury, of land at Rocginga ham, or Rainham, Faversham, etc., co. Kent. 1st August*, A.D. 811.

✠ In nomine Dei summi regis aeterni. Anno autem incarnationis ejusdem domini salvatoris mundi Jhesu Christi. DCCC°. XI°. indictione vero. IIII°. Porro quoque imperii piissimi regis Merciorum COENU'U'LFI[1] anno. XV°. praesulatus etiam Uulfredi archipontificis anno. VI°. prima[2] kalendarum die augustarum in loco[3] praeclaro oppidoque[4] regali Lundaniæ vicu[5] concilium pergrande collectum habebatur. in quo videlicet ipse rex Coen'u'ulf[1] atque Uulfred archiepiscopus cum coepiscopis illius duobus verbi gratia. Deneberht[6] Hu'u'icciorum episcopus. Aeðeluulf episcopus australium Saxonum. cum principibus ducibusque et majores natu. quorum nomina infra craxantur[7]. inter alias quoque diversarum rerum causas in illo habentes[8] concilio interpraetatas[9].

Placuit pio regi Coenuulfo[10] cum consilio et consensu totius concilii illius id est episcoporum principum ducum judicumve majorumque natu. Pro honore Dei omnipotentis ac pro expiatione piaculorum ejus. atque pro reverentissima dilectione Uulfredi archiepiscopi. seu etiam pro ejus larga pecuniarum[11] remuneratione. hoc est centum et viginti. VI. mancosas pro his[12] rebus in occiden-

[1] Coenul., B.; Coenul., C. [2] Prama, altered to prima, A.; prima, B. C.
[3] Lo (at end of line), B. [4] Opi., C. [5] Victu, C. [6] Denebreht, B.
[7] Carax., B. [8] Ha, (at end of line, and) habentes (beginning of next line), B.
[9] Interpret., B. [10] Coenulfo, C. [11] Pecu., C. [12] Hiis, C.

tale Cantiae in regione suburbanaque regis oppido[1] ibi ab incolis ROEGINGA HÁM nuncupato Terram duorum aratruum[2] quod Appincg[3] lond[4] illic nominatur. et rursum in alio[5] loco et in regione suburbana ad oppidum regis quod ab incolis ibi Fefres hám[6] appellatur. Terram quoque duorum aratruum[7] in locis nominatis illic ðæt Suiðhunincg[8] lond aet Grafon aea[9] atque[10] iterum in civitate Dorovernia in australe parte ecclesiae[11] salvatoris duas possessiunculas et tertiam dimediam[12] id est in nostra loquella[13] ðridda half[14] haga et prata duo ad eas prius et modo pertinentia in orientale parte Sture fluminis sita Coenuulf[15] rex has terrulas sui propriae puplicae juris cum praedicto concilii consensu. ac pro cunctis antedictis[16] causis Uulfredo suo archipontifici donare ac conscribere in propriam atque in perennem[17] hereditatem habendum fruendumque et ad tractandum cum campis pascuis pratibus silvis saltibus piscuosis ac[18] maritimis fretibus paludibus vallibusque dulcis salsuginesque salisque[19] stationibus coctionesque et cum cunctis fructibus interius exteriusque vel aliunde usquam ad eas rite vel umquam pertinentia in talem sibi usum qualem semet ipsi utillimum optimumve fore videretur firmiter pleniterque dejudicavit. Integrum quoque libertatem his[20] terrulis atque ruriculis rex Coenuulf[15] cum auctoritate supra dicti concilii decreverat. Ut perpetue sint liberate[21] ab omnibus puplicis tributis et á cunctis regalium rerum vel operum debitis. sive principum seu ducum vel procuratorum aut etiam ab omni saecularium causarum rerumve gravidine[22] exceptis his[20] debitis. id est pontis instructionem. et contra paganos[23] expeditionem. atque arcis munitionem distructionemve Cum tamen hoc universo populo oportunitas summa[24] poposcerit et

[1] Opi., C. [2] Aratrorum, C. [3] Apping, B.; Arping, C. [4] Land, B. C. [5] Alia, altered to alio, A.; alio, B. [6] Febresham, B. C. [7] Aratrum, B. C. [8] Spidunning, B.; spidunniglond, C. [9] Grafonea, B. C. [10] Et terram in regione Merscuuariorum paludestrem unius aratri inter haec. IIII. confinia. Le et ab oriente æla meare ab austro byttline hopa in paludem. ab occidente confinia regis. ab aquilone frodeshammespend. Sed et terram unius aratri in loco qui dicitur elmanstede addidimus et hujus territoria hæc sunt. Ærest on east healfe betpynan leage ך elmanstede spa ofer sceet. oþ stæninegmearce. spa ךlang dices pest on burhrode. ofer burhrode pest on boddesham. þanon norð east on burhstræte. ךlang stræte norð on deneparafeld. east on stræte on þ ealde þrymyrce lehpara. ך denepara. ך elmes stedes. spa dic sceadeð on burhrode. Atque, B. C. It is difficult to account for the non-appearance of this paragraph in A. [11] Æc., B. [12] Dimid., C. [13] Loquilla, B. C. [14] þriddan healf, B. C. [15] Coonulf, C. [16] -dictis, B. C. [17] Perhen., C. [18] Ac, omitted, C. [19] Salis quoque, B. C. [20] Hiis, B. C. [21] Liberæ, B.; libere, C. [22] Gravitudine, C. [23] -nas, B. C. [24] Suma, B.

necessitas eximia hoc agendum cunctos undicumque coherceret. tunc et illi rite sua reddent,,

✠ Ego Coenuulf[1] domini misericordia rex Merciorum hujus nostrae dationis ac libertatis remunerationem mente consona propriisque manibus crucis Christi signo confirmare roborareque st[udiu.][2]

✠ Aelfþryð[3] regina consentiens subscripsit[4].

✠ Sigred rex subscripsit.

✠ Uulfred archiepiscopus Christi gratia consentiens subscripsit.

✠ Deneberht[5] episcopus subscripsit.

✠ Beornmod episcopus subscripsit.

✠ Aeðeluulf episcopus subscripsit.

✠ Heardberht[6] princeps subscripsit.

✠ Beornnoð[7] princeps subscripsit.

✠ Cynehelm[8] princeps subscripsit.

✠ Eadberht[9] dux consentiens subscripsit.

✠ Eeguulf[10] dux consentiens subscripsit[11].

✠ Eauberht dux consentiens subscripsit.

✠ Heahferð[12] dux consentiens subscripsit.

✠ Cyneberht[9] propinquus ejus subscripsit.

✠ Coenpald[12] propinquus ejus subscripsit.

✠ Aeðelheah[13] pedes sessor subscripsit.

✠ Cuuoenburg[14] abbatissa subscripsit.

✠ Seleburg[15] abbatissa subscripsit.

✠ Cuðred presbyter subscripsit.

Endorsed in an ancient hand:—"grafen ea"; *in a hand of the xth century*, "Spiðhuning land" *and* "Gravanea"; *and in a hand of the xiith century*, "Concilium[16] Cenulfi regis in quo dedit Suiðhunigland et Gravenea Wlfredo archiepiscopo".

(A.) Original Charter in British Museum, MS. Cotton, Augustus II, 10.
(F.) Brit. Mus., *Facs.*, vol. i, pl. 14.
(K.) Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cxcvi.
(B.) Contemporary Charter in Brit. Mus., Ashburnham, Stowe. No. 8.
(C.) Lambeth MS. 1212, p. 402.

[1] Ceonulf, C. [2] St..., A.; studui, B. C.; st[atui], F. [3] Ælfdrið, C. [4] Subscribsit, B. [5] Denebreht, B. C. [6] Heardbreht, B. C. [7] Beornoð, B. C. [8] Cynhelm, C. [9] -breht, B. C. [10] Eguulf, C. [11] Con. sub. omitted, B. [12] These lines omitted, B. C. [13] Æðelhah, C. [14] Coenburh, B.; Coenburht, C. [15] Seleburht, C. [16] B. reads:—"Kenulfus rex. Wluredo archiepiscopo terram. IIII. ar. II. apud Ruringaham. quod Aþingland dicitur. ⁊ alia quæ in iste carta scripta sunt."

336. *Another form of the preceding Charter.*

✠ Anno dominicæ incarnationis DCCC . XI . WILFREDUS archiepiscopus emit a CENULFO rege has terras ad opus ecclesiæ Christi . in DOROBERNIA . GRAVANEA . CASINCBURNAN . et ELMANSTEDE . et in alio loco terram duorum aratrorum q[uæ] dicitur[1] Suuiðuningland juxta Gravanea . Item in alio loco terram quæ nominatur . Āppingland . In[2] marasco quoque terram unius aratri inter hec quatuor confinia . ab oriente Ælmarc . ab austro Bethlinghope in palude . ab occidente terra Regis . ab aquilone Flothamespynd[3]. cum undique legittimis limitibus . rite ad eas pertinentibus . campis . silvis . pratis . pascuis . paludibus . litoribus . liberas ab omni seculari servitute . exceptis pontis . expedicione . et arcis construccione . Ego etiam Cenulf rex pro reverencia et dileccione ejusdem archiepiscopi . Wlfredi . ecclesiæ Christi in Dorobernia infra menia urbis in australi parte prefate ecclesie duas[4] mansiones et dimidiam quod Angli dicunt *thridda hialf haga* . et duo prata in orientali parte fluminis Sturc sita . Hanc meam largiffluam munificentiam quisquis violare presumpserit ! disperdat illum Deus . et memoria ejus non requiretur a generacione et[5] generacione[6] .

[A.] MS. Lambeth 1212, p. 315. Twysden, *Hist. Ang.*, col. 2215.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. MXXXVII; from [A.]. Very incorrect.

---

337. *Privilege granted by Pope Leo III to the Monasteries founded by King Kenulf.* A.D. 811.

DCCCXI . Hoc anno Dedicata est æcclesia Wincelcumbæ In honore Sanctæ Trinitatis Sanctæque Virginis Mariæ et Sanctæ Crucis et Omnium Sanctorum .

HOC PRIVILEGIUM MISIT SANCTUS LEO PAPA[7] AD DOMNUM KENULFUM REGEM .

LEO episcopus servus servorum Dei . KENULFO excellentissimo regi et heredibus suis in perpetuum salutem .

Cum summæ apostolicæ dignitatis sedes semper ex hoc divini

[1] q d', A. [2] This paragraph is evidently based upon the part of the grant omitted in the A. MS. of the previous number. See p. 467, note 10. [3] Klo., K. [4] Dono, added, K. [5] In, K. [6] -nem, K.

[7] Erased, but legible. Leo I was styled St. Leo, A.D. 440-461. But this and the following number are manifestly spurious.

prospectus nitore dinoscitur [illegible]rofulgeri . cum in exercendis Dei laudibus sui impentius studel[illegible]it exhiberi certamur . ad hoc etiam debita nos ejusdem apostoli[illegible]æ pastoralis compulit sollicitudinis cura . Quæ ad stabilitatem no[illegible]bilitatemque tuæ hereditatis pertinere dinoscitur . vere et promulgari [illegible]et apostolicæ jussionis censura confirmari . Et quoniam tua sum[illegible]ma excellentia postulavit a nobis . quamvis multa præ omnibus mo[illegible]nasteriis vel variis locis [illegible] juxta ordinem conquisivit . vel præ m[illegible]ere videatur justitia parentum tuorum . quamque de adquisito juste et rationabiliter tibi allata sunt . hæc omnia monasteria vel varia loca sita in ipsa insula Saxonia privilegii sedis apostolicæ infulis virente uti sub jure ditionis tuæ . cui cum omnibus sibi pertinentibus largiri maluerit . sive impiis locis vel quibuslibet personis ! liberam habeat potestatem . At vero monasteria vicique ac prædia ad illud monasterium pertinentia ubi corpus tuum sepultum fuerit talem habeant potestatem . ut ab omni jugo seculari que servitio ipsi servi Dei liberi sint ! qui assidue pro delictis tuis sedulas laudes Deo offerre non desinunt . Auctoritateque beati Petri apostolorum principis cujus vel immeriti vicem gerimus . confirmantes promulgamus . ut nulli posteri . successoresque reges . vel quilibet potestate præditi a parvo usque ad magnum audeant quoquomodo contra hoc nostrum privilegii confirmationisque præceptum agere . Nam siquis non quod optamus nefario auso audax præsumptor extiterit . et hæc quæ a nobis tibi vel tuis heredibus confirmata sunt infregerit . sciat se anathematis vinculo esse innodatum . et a regno Dei alienum . At vero qui pio intuitu observator hujus nostri apostolici instituti extiterit . benedictionis gratiam a misericordissimo domino Deo nostro consequi mereatur . amen .

[A.] MS. Cotton, Tiberius E, iv, f. 136 | [1] Omitted by Jaffé.

---

338. *Foundation Charter of Wincelcumbe, or Winchcombe Abbey, co. Gloucester.* 11*th November*, A.D. 811.

✠ Regnante domino nostro in ævum per sæcula cuncta . Anno vero incarnationis ejusdem salvatoris mundi domini nostri Jhesu Christi . DCCC° . XI° . indictione autem . IIII . Imperii vero nostri a Deo dato[1] anno . XVI[2] . die . vero . V . Id . Nov . Tunc[3] Ego COENULFUS rex Merciorum hoc opusculum Deo auxiliante atque favente

[1] Dati, K. [2] .XV., K. [3] Tunc, omitted, K.

in plenitudine provincia Wictionum inchoavi famoso in loco. quem solicoli antiquo nomine WINCELCUMBAM[1] appellare suescunt. Æcclesiam quæ modo pulcherrima clarescit scemate jam nempe preparata enituit ibi Wlfredus quoque præsul Cantuariæ in honore Jhesu Christi domini nostri. beatæque Mariæ genitricis[2] Dei. quæ suo contulit gremio regem quem cœli capere 'terraque' nequierant. dedicavit. Ibi quoque meum in domino corpus pausare decrevi. Complacuit autem mihi Kenulfo ut ad consecrationem ante nominatæ æcclesiæ universos accercissem Merciorum optimates. episcopos. principes. comites. procuratores. meosque propinquos. necnon et Cuthredum regem Cantuariorum. atque Sigredum regem Orientalium Saxonum. cum omnibus qui testes nostris sinodalibus concilialibus aderant. Quam vero basilicam ad laudem et ad honorem domini nostri Jhesu Christi. et pro amore reginæ cœlestis atque expiatione piaculorum meorum ædificavi. non modo ad roborationem hereditatis 'meæ' atque ad solidationem apostolici privilegii. quas[3] mihi apostolici pontifices cum auctoritate beati Petri principis apostolorum direxerunt. Ego etenim Kenulfus 'Dei' arridente gratia rex Merciorum ad gratiarum actionem pro devotione illorum qui mihi et meæ hereditati benivola mente cum auctoritate apostolorum affirmatione atque cunctorum sinodalium nostrorum reconciliationum[4] firmiter roboraverunt. Jam autem pro confirmatione meæ hereditatis quam domnus[5] Leo papa primus[6] affirmabat cum suo privilegio[7]. et postea Paschalis[8] summus pontifex cum præceptis suæ auctoritatis et universis Merciorum optimatibus in tribus sinodis[3] unanimo concilio in perpetuam hereditatem mihi meisque heredibus. dona mea omnibus archontis Merciorum. necnon et aliarum provinciarum in auro argentoque. et in omnibus utensilibus meis letus erogavi. necnon in equis electissimis. unicuique secundum dignitatem gradus sui. et universis qui agros non habebant libram in argento purissimo tribui. atque in auro mundissimo unoquoque[9] presbitero manč[10] tradidi unum. et omni servo Dei solidum unum. et ea dona innumerabilia sunt sicut nostram regalem dignitatem decebat. quæ nullus enumerare valet. neque numeranda sunt. quæ tunc meæ erogavi genti. ea conditione ut mihi meisque heredibus plena libertate hereditas mea eo firmior atque stabilior æternaliter perduraret.

Ego Kenulfus etiam rex Merciorum. vexillum sanctæ crucis in quo passus est Jhesu Christus dominus noster. ad hoc conquisivi.

[1] -ba, K. [2] Gene., K. [3] Quod, K. [4] -em, K. [5] Dominus, K. [6] Leo I, A.D. 440-461. [7] *I.e.*, No. 337. [8] Paschal I, A.D. 817-824. [9] Unicuique, K. [10] Mancussum, K.

ut animæ meæ et omnium bonorum secularium . seu heredum immobiliter patrocinando : contra tumultum pravorum . tutatrix atque defensatrix : perpetuis temporibus permansisset , Et si quis aliquid ab hoc vexillo per vim studeat auferre majoris sive minoris personæ : sciat se anathematis vinculo innodatum . et a sanctæ crucis tutela coram Deo in die judicii separatum : nisi ante hic cum satisfactione emendaverit . Et ab illo patrocinio predicto . sanctam istam æcclesiam sub almæ trinitatis nutu . atque angelorum . et archangelorum . patriarcharum . prophetarum . apostolorum . martirum . confessorum . virginum . atque Omnium sanctorum protectione corroboratam : sciatis permanere .

Hoc quoque ego Kenulfus rex et omnes qui in nostris sinodalibus conciliis . testes atque conscii hujus rei præsentati fuissent . dijudicavimus atque unanimo consensu constituimus : ut si homo aliquis culpabilis vitæ suæ . aut in aliquo delicto ocul te[1] pupliceve[2] delinquens : pervenisset ad apicem hereditatis meæ . et nostram æcclesiam atque vexillum salutiferæ crucis requireret : firmissimam ibi pacem atque indulgentiam inveniret . et nullus fuisset homo aliqua audacitate fretus : quoquomodo torvave cogitatione aliquid per vim exinde rapere nec diminuere neque agros meæ hereditatis foras transdonare . vel accommodare . nisi ad tempus et ad conditionis statutum unius hominis . sed immobiliter permansissent quasi in nostris tribus sinodis firmiter decrevimus æternaliter perdurare .

Hii omnes hujus rei veritatis testes extiterant[3] . et sacratissimo crucis Christi signaculo roborando confirmaverunt .

✠ Ego Kenulfus rex Merciorum hujus diffinitionis[4] reconciliationem signo sanctæ crucis confirmavi .

Ego Cuthredus rex Cantuariæ consentiens signum salutiferæ crucis impono .

Ego Siredus rex Orientalium Saxonum . signum crucis salutiferæ corroborans impono .

Ego Wlfredus Cantuariæ archiepiscopus . consensi et subscripsi .

Ego Adulfus 'Licetfeldensis' episcopus consensi et subscripsi .

Ego Deneberht 'Wigornensis' episcopus consensi et subscripsi .

Ego Wereubrihtus 'Leogerensis' episcopus consensi et subscripsi .

[1] Occ., K. [2] Publ., K. [3] -runt, K. [4] Defin., K.

Ego Wlfhardus 'Hecana quæ nunc Hereford dicitur' episcopus consensi et subscripsi.
Ego Tilferthus 'Agustaldensis'[1] episcopus consensi et subscripsi.
Ego Ætheluulfus 'Eastanglorum' episcopus consensi et subscripsi.
Ego Eadulfus 'Cridiatunensis' episcopus consensi et subscripsi.
Ego Alchbertus 'Suhtsaxonia' episcopus consensi et subscripsi.
Ego Æthelnothus 'Lundoniensis' episcopus. consensi et subscripsi.
Ego Wibertus 'Scireburnensis'[2] episcopus. consensi et subscripsi.
Ego Beormonus 'Rovecestre'[3] episcopus consensi et subscripsi.
Ego Wignothus 'Exoniensis' episcopus consensi et subscripsi.
Ego Eambeorthus[4] dux consensi et subscripsi.
Ego Heardbearhtus dux consensi et subscripsi.
Ego Beornothus dux consensi et subscripsi.
Ego Cynhelmus dux consensi et subscripsi.
Ego Ceolbertus[5] dux consensi et subscripsi.
Ego Aldredus dux consensi et subscripsi.
Ego Wlfredus dux consensi et subscripsi.
Ego Heahferthus dux consensi et subscripsi.
Ego Cioluerthus dux consensi et subscripsi.
Ego Heatferthus dux consensi et subscripsi.
Ego Plesa dux consensi et subscripsi.

SIQUIS LITTERAS SUPRA SCRIPTAS OB SCRIPTURÆ NOVITATEM PARVIPENDERIT. CARTAM VETUSTAM STUDIOSE REVOLVAT. ET IDEM INVENIET.

[A.] MS. Cotton, Tiberius E. iv, fol. 134. Dugd., *Mon. Angl.*, vol. ii, p. 301. | [K.] Kemble, *Col. Dipl.*, No. cxcvii; from [A.]

[1] Hag., K. [2] -niensis, K. [3] Beormolus Rovecestrensis, K. [4] Eambeorhtus, K. [5] -berhtus, K.

339. *Grant by Coenwulf, King of the Mercians, to Beornmod, Bishop of Rochester, of land [at Bostal] between Rochester and Woldham.* A.D. 811.

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi . Regnante in perpetuum eodem Deo et domino nostro Jhesu Christo . ego COENƿULF[1] gratia Dei rex Merciorum . Viro venerabili BEORNMODO episcopo . Trado terram juris mei id est quasi tria aratra . ad meridianam plagam civitatis quae dicitur HROFESCESTER ut habeat et possideat et cuicumque voluerit illo vivente seu moriente aeternaliter tradendam concedo . Sunt autem hujus telluris termini notissimi ab oriente via puplica a meridiae uuldaham . ab occidente flubius medupege ab aquilone mearateag , Si quis hanc donationem meam infringere aut minuere temptaverit sciat se rationem redditurum ante tribunal aeterni judicis nisi prius Deo et hominibus digne emendaverit . et praedicta terra sit libera ab omni regali et saeculari servitio . Adjectis denberis in commune saltu . Otanhyrst . et fraecinghyrst . sceorfesstede . Crangabyras . pihtherincfaladsto . et haeseldaen .

✠ Ego Coenƿulf[1] rex Merciorum hanc donationem meam signo sancte crucis Christi confirmavi .
✠ Ego Ƿulfred[2] archiepiscopus consensi et subscripsi .
✠ Ego Deneberht episcopus consensi et sub[scripsi] .
✠ Ego Aeðelƿulf episcopus consensi et sub[scripsi] .
✠ Ego Sigered rex consensi et sub[scripsi] .
✠ Ego Aelbðryð[3] regina consensi et subscripsi .
✠ Eg[o] Heardberht dux consensi et sub[scripsi] .
✠ Ego Beornmod episcopus consensi et sub[scripsi] .
✠ Ego Beornnoð dux consensi et sub[scripsi] .
✠ Ego Cynehelm dux consensi et sub[scripsi] .
✠ Ego Eadberht dux consensi et sub[scripsi] .
✠ Ego Cyneberht p'pinquo regis et consensi sub[scripsi] .
✠ Ego Coenƿald p'pinquo regis consensi et sub[scripsi] .
✠ Ego Quoenðryð filia regis consensi et sub[scripsi] .
✠ Ego Eanberht dux consensi et sub[scripsi] .
✠ Ego Aeðelheah consensi et sub[scripsi] .
✠ Scripta est autem haec kartula anno dominicae incarnationis . DCCC[o]XI[o] . indictione . IIII[o] . his testibus consentientibus et subscribentibus .

Endorsed in a hand of the xth cent.:—" ✠ burhstealles boc"; *and*

[1] Coenuulf, B. B. [2] Uulf., B. B. [3] -ðrið, B. B.

in a hand of the xiith cent., "Borstall. Cenwlf Rex dedit sancto Andreæ ⁊ Bernodo episcopo."

[A.] Charter in Brit. Mus., Cotton Ch. viii, 31. (Nearly contemporary handwriting.)
Brit. Mus., *Facs.*, ii. 10.
[B.] MS. Harl. 596, f. 7.

[S.] MS. Stowe 851, f. 36, with title "De Borcstealle".
Text. Roff., ed. Hearne, p. 96; from f. 126.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cxcviii; from [A.]

---

340. *Grant by Cenuulf, King of the Mercians, to Uulfred, Archbishop of Canterbury, of land in Faversham called Ibentea (? Davington), co. Kent.* A.D. 812.

IBBINTEA.

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi. Ego CENUULF gratia Dei Rex Merciorum pro reverencia 'et petitione' UULFREDI archiepiscopo dabo et concedo aliquam terram juris mei in provincia Cancie. et in regione FEFRESHAMES. XXII. jugerum in loco qui appellatur. IBENTEA. XX. Et in alio loco. II. ad habendum. possidendum feliciterque fruendum in diebus vite sue et post obitum vero ejus derelinquat cuicumque ei placuerit.

Actum est anno dominicæ incarnationis. DCCC°. XII. Indictione. V. In vico regis Lundon'. die. II. kl'. Novembr'. Hiis testibus presentibus et consencientibus. quorum nomina karaxantur.

✠ Ego Cenuulf Rex Merciorum gratia Dei. hanc meam donacionem mea propria manu confirmavi. et signo sancte crucis Christi impressi.
✠ Ego Uulfred gratia Dei archiepiscopus consensi et subscripsi.
✠ Ego Edelnoð episcopus consensi et subscripsi.
✠ Ego Deneberht episcopus consensi et subscripsi.
✠ Ego Æðelpulf episcopus consensi et subscripsi.
✠ Ego Sigered subregulus consensi et subscripsi.
✠ Signum manus Beornhardi ducis.
✠ Signum manus Aedelnodi ducis.
✠ Ego Ceonpald consensi et subscripsi.
✠ Signum manus Heardberti ducis.
✠ Signum manus Beornnodi ducis.
✠ Signum manus Dynni ducis.
✠ Signum manus Cuðredi pessessoris.
✠ Signum manus Pulfredi ducis.
✠ Signum manus Æðeheah ducis.
✠ Signum manus Eadlberhti ducis.
✠ Signum manus Beornulfi ducis.

MS. Lambeth 1212 p. [illegible].

341. *Exchange of lands between Coenuulf, King of the Mercians, and Uulfred, Archbishop of Canterbury; the latter giving Sueordhline, or Swarling, and Eegheangland, for Graveney, near Faversham, and Kasingburn, in the district of Lympne, co. Kent.* A.D. 812.

✠ In nomine Dei summi regis aeterni. Anno quoque incarnationis Dei et salvatoris mundi. DCCC°. XII°. indictione. V. Regni quoque gloriosissimi Merciorum regis Coenuulfi anno. XVI°. Praesulatus etiam anno[1] UULFREDI archiepiscopi. VII°. inter alios quoque Deo adnuente bonarum rerum eventus[2] verbi gratia Placuit itaque regi COENUULFO atque UULFREDO archiepiscopo quorundam commutationes agellorum ambobus conpetentius in orientalibus Cantiae partibus sapientibus eorum consentientibus firmiter peragere. Ita quoque primitus Uulfred archiepiscopus hac interposita ratione aliquam terrae partiunculam. hoc est duarum manentium in loco ubi SUEORD HLINCAS vocitantur juxta distributionem suarum utique terrarum ritu Cantiae *an sulung* dictum Seu in alio loco mediam partem unius mansiunculae id est *an iocled* ab incolis ibi ECGHEANG LOND appellatur. Quam terram videlicet Uulfred archiepiscopus plenario ac digno conparaverat praetio ab Uulfhardo praesbytero jam dudum Aeðelheardi bonae memoriae archiepiscopi sibi ad possidendum atque fruendum per omne modum. Seu etiam cum libertate sicut et ipse illam terram conparare et possedere optenuit. Id est ut jure hereditario perpetue possederet et ab universis etiam terrenis difficultatum notis et ignotis condicionibus ac tributis sive ab omni opere puplico aedificiorum aut in quolibet ducatu perenniter libera frueretur et sua sic utilitate qualecumque sibi Dei dono provideret terram derelinqueret illam.

Unde igitur Christi gratia Uulfred archiepiscopus eandem terram sibi tam propriam et quam liberam habendam fruendamque in suum proprie arbitrium conparare pleniter ut prediximus procuravit[3]. Atque etiam insuper sic regi Coenuulfo dare atque ad rei puplic . . . . e[4] condicionis donare decreverat ubi vel cuicumque utilitati sibi fore videretur. Pro agellorum Transmutatione verbi gratie isdorum qui in partibus suburbanis regis oppidulo FEFRESHAM[5] dicto fieri videbantur. Hoc est terrae particula duarum

[1] Anno, omitted, K.
[2] Eventus, with s expuncted, and a overline, MS.
[3] Pra, with e expuncted, and a overline, MS.
[4] A hole here in the MS.
[5] Ferresham, K.

[1] Rehtlicast, in two of the small paper copies, K.; rehticast, in the large paper copy of K. in the British Museum Library. [2] Cyne[ðryð], T. [3] A word seems wanting here, perhaps þrymsas; *cf.* T., 471, *n.* [4] Oniatee, K., text of F.; at first on atee, with a small "d" inserted between the words, MS. [5] *Sic*, MS., for niest? [6] 24th August 833, is the date of Archbishop Ceolnoth's consecration. Stubbs' *Reg. Sacr.*, p. 11. [7] *Sic*, MS., for Eðelwald? [8] Minister, omitted, K. T. [9] Ego Biarn., omitted, K. T.

✠ Ego Biarnhelm presbiter abbas cons'.
✠ Ego Sigemund presbiter cons'.
✠ Ego Herefreð presbiter cons'.
✠ Ego Ƿynhelm[1] archidiaconus cons'.
✠ Ego Ƿunbeald[2] cons'.
✠ Ego Ƿermund cons'.

[A.] Original Charter in British Museum, MS. Cotton, Augustus II. 19.
[F.] Brit. Mus., *Facs.*, pt. II, pl. 19 (with date 831).
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. ccxxviii (with date 831).
[T.] Thorpe, *Dipl.*, p. 446 (with date 830).

---

405. *Charges granted by Lufa "ancilla Dei" to Christ Church, Canterbury, upon her land at Mundlingham, or Mongeham, co. Kent.* A.D. (832 for) 833.

✠ Ic LUFA mid godes gefe ancilla Dei ƿes soecende ⁊ smeagende ymb mine saul ðearfe mid CEOLNOÐES ærcebiscopes geðeahte ⁊ ðara hiona et CRISTES CIRICAN ƿilla ic gesellan of ðem ærfe ðe me God forgef ⁊ mine friond to gefultemedan ælce geare . LX . ambra maltes ⁊ . CL . hlafa . L . hƿite hlafa . CXX . elmes hlafes[3] . an hriðer an suin . IIII . ƿeðras . II . ƿæga spices ⁊ ceses ðem higum to Cristes circean for mine saule ⁊ minra frionda ⁊ mega ðe me to Gode gefultemedan and det sie simle to adsumsio scæ Marie ymb . XII . monað end sue eihƿelc mon sƿe ðis lond hebbe minra ærbenumena ðis agefe ⁊ mittan fulne huniges . X . goes . XX . henfuglas .

✠ Ic Ceolnoð mid Godes gefe ercebisceop mid cristes rode tacne ðis festnie ⁊ ƿrite .
✠ Beagmund preost geðafie ⁊ midƿrite .
✠ Beornfrið preost geðafie ⁊ midƿrite .

✠ Ƿealhhere preost .	✠ Spiðberht diacon .
✠ Osmund preost .	✠ Beornheah diacon .
✠ Deimund preost .	✠ Æðelmund diacon .
✠ Æðelƿald diacon .	✠ Ƿighelm diacon .
✠ Ƿerbald diacon .	✠ Lubo .
✠ Sifreð diacon .	✠

[1] Wan., K. T. [2] Winb., K. T.
[3] The words . cxx . elmes hlafes . are written in the eleventh line of the charter, with the reference mark Å' prefixed, corresponding with ƺ, at the place of insertion. See No. 235, n. 4, where the same marks are employed to indicate transposition.

✠ Ic[1] LUBA eaðmod Godes ðipen ðas forecpedenan god ⁊ ðas elmessan gesette ⁊ gefestnie ob minem erfelande et MUNDLINGHAM ðem hiium to Cristes cirican ⁊ ic bidde ⁊ an Godes libgendes naman bebiade ðæm men ðe ðis land ⁊ ðis erbe hebbe et Mundlingham ðet he ðas god forðleste oð piaralde ende se man se ðis healdan pille ⁊ lestan ðet ic beboden hebbe an ðisem geprite se him seal'd' ⁊ gehealden sia hiabenlice b'l'edsung se his ferperne oððe hit agele se him seald ⁊ gehealden helle pite bute he to fulre bote gecerran pille Gode ⁊ mannum vene valete.

Endorsed in a contemporary hand:—" ✠ Lufe þincg geprit"; *and in hands of the xiith cent.*, " Luve mulier quedam dedit ecclesie Christi Munlingham tempore Celnoð archiepiscopi", *and* " IX anno DCCC°XXXII°. Luve mulier dedit familie ecclesie Christi Cantuariensi Munlingham tempore Chelnothi archiepiscopi".

[A.] Original Charter in British Museum, MS. Cotton, Augustus II, 92.
[F.] Brit. Mus., *Facs.*, pt. II, pl. 22.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CCXXXII; from [A.]
[T.] Thorpe, *Dipl.*, p. 474 (with date 833-870).

---

406. *Grant[2] by Ceolnoð, Archbishop of Canterbury, to the family at Canterbury, of land at Langdon, co. Kent.* A.D. (831 for) 833.

✠ Regnante inperpetuum domino nostro Jhesu Christo sermo sine serris scripturarum difficili[3] servatur et cogitatio incalcabilis absque litterarum calculis sed omne quod oblibione[4] traditur memoria labitur. Ideo ergo prudentes ⁊ sapientes quique eorum verba et cogitationes et actos[5] bone memorie in membrane scedulis[6] litterarum notis provide mentis sagacitate curiose commendare solent ne venturis progenium[7] posteris in aliquam præcedentium difinitionum[8] oblivionis causam vel in superbe præsumptionis disceptationem erumpere valeant[9],

Qua de rē Ego CEOLNODUS gratia Dei archiepiscopus dabo et concedo meo[10] fideli familia[11] in Dorobernia civitate aliquam partem terre juris mei in provincio Cantie[12] hoc est duo aratro[13] in loco qui

[1] This paragraph is a second handwriting.
[2] K. dates this charter A.D. 831, without corroboration; but see p. 561, note, 6.
[3] -le, K. [4] Obliv., K. [5] Actos, K. [6] Ced., K. [7] -niarum, K. [8] Diffin., K. [9] Valerent, K. [10] Meæ, K. [11] -liæ, K. [12] Provincia Kantiæ, K. [13] -tra, K.

vocitatur Longandun[1] notissimisque terminibus[2] circum jacentibus illis concedendo donamus ad habendam et possidendam feliciterque[3] in dies eorum perfruendum[4] liberam per omnia habeant potestatem quamdiu christiana fides in terra servatur æternaliter liberata permaneat hoc ipsumque omnibus successoribus meis observare præcipimus et qui voluerit hoc servare servetur illi sempiterna Dei omnipotentis benedictio hic et in futuro , Si vero quod non optamus 'alicujus personis[5] homo diabolica temeritate ausus surrexerit qui hanc nostram donationem confringere vel in aliut[6] convertare , quam a nobis constitutum est sciat se ante tribunal æterni judicis rationem esse redditurum nisi ante digna satisfactione Deo et hominibus emendare voluerit manente hac cartula in sua nihilominus firmitate roborata ,

His testibus consentientibus et signo sancte crucis Christi confirmantibus quorum nomina hic infra in scedula karaxantur ,

✠ Ego Ceolnoðus gratia Dei archiepiscopus hanc donationem meam cum signo sancte crucis Christi roboravi et subscripsi[7].
✠ Ego Beornfreð presbiter cons' ⁊ subs'.
✠ Ego Osmund presbiter cons' ⁊ subs'.
✠ Ego Noðheard presbiter cons' ⁊ subs'.
✠ Ego Suiðberht presbiter cons' ⁊ subs'.
✠ Ego Æðelƿeald presbiter cons' ⁊ subs'.
✠ Ego Tidƿeald presbiter cons' ⁊ subs'.
✠ Ego Ƿighelm presbiter cons' ⁊ subs'.
✠
✠ Signum manus Osulf archidiaconi cons' ⁊ subs'.
✠ Signum manus Sigefrið archidiaconi cons' ⁊ subs
✠ Signum manus Sigefrið archidiaconi cons' ⁊ subs'.
✠ Signum manus Beornheah archidiaconi cons' ⁊ subs'.
✠ Signum manus Deorƿeald diaconi cons' ⁊ subs'.
✠ Signum manus Sefreð diaconi cons' ⁊ subs'.
✠ Signum manus Ealhheard diaconi cons' ⁊ subs'.
✠ Ealhstan .

✠ Healfreð .	✠ Dyddel .
✠ Dudda .	✠ Biarnnoð .
✠ Biampa .	✠ Ƿealdhelm .
✠ Sigemund .	✠ Heamund .

[1] Vocatur Langedune, K. [2] -nis, K. [3] -ter et, K. [4] -da, K.
[5] Aliquis, K. [6] -ud, K. [7] Here K. ends with the following passage:—
"Omnes etiam clerici, archiepiscopi, et omnes seniores ecclesiæ Christi Cantuariensis subscripserunt".

✠ Heaberht. ✠ Tirpeald.
✠ Osmund. ✠ Osfreð.

Endorsed in a contemporary hand :—" Langan dun" ; *and in later hands*, " Latine". " Chelnoth dedit Langedune conventui". "Anno DCCC°XXXI°. Celnodus archiepiscopus dedit monachis ecclesie Christi Langedune duo aratra. Scrip".

[A.] Original Charter in British Museum, Stowe, No. 15.
[B.] *Reg. Cant.*, C. v. f. 9.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. XXX; from [B.]

---

407. *Confirmation by Æðelwolf, King of Kent*, [*to Christ Church, Canterbury*] *of lands at Langham, etc., in the neighbourhood of Longbridge, Ham, and Blackbourne Hundreds, co. Kent.* A.D. (841 for) 833.

Codicellus Ezelwolphi regis de Ebbeni et quibusdam aliis anno DCCC°XLI°.

✠ In nomine Dei summi regis æterni. Ego ÆTHELPOLF gratia Dei rex Kanciae hanc donationem quam michi pater meus Egberthus rex Occident[ali]um Saxonum libenti animo tradendo donabat, cum consilia[1] et licentia ejus istis terriculis multiplicando augebo quorum hic nomina infra tenentur, hoc est LANGHAM BLAKEBURNEHAM, Plegpingham, Ofneham, oþare suðere side, ðannen pest on brok, campum et silvam ad perfruendum in communi pastura, centum viginti porcis et quinquaginta armentis in Hliossole et Ægelbertinherst[2] quorum sunt termini a Bosehamburne in occidentem super campum usque in paludem; sic etiam communionem in silvis, scilicet in Estercogheringdenne et Hyringdenne togeddere liggende; in Dorobernia etiam civitate unam villam donabo ad quam pertinent[3] quinque jugera terrae et duo prata, quorum unum est in loco qui dicitur Shettinge et aliud at Taningtune, et communionem silvae ad operandum sicut alii homines in consimili terra.

Ego Æðelpolf rex hanc supradictam nostram donationem cum campis, silvis, paludibus, pratis, pascuis, piscationibus, omnibusque utilitatibus ad eam pertinentibus liberabo ab omnibus secularium difficultatum servitutibus regum, principum, præfectorum, exactorum, perpetualiter liberata permaneat sicut in suprascripta donatione confirmata principaliter cum idoneis testibus vexillo sanctae crucis Christi confirmatur. Has enim praenominatas ac suprascriptas donationes nostras Deo omnipotenti ad

[1] -lio, K. [2] Asqbert., K. [3] -net, K.

laudem et gloriam seu etiam pro expiatione piaculorum nostrorum in perpetuam possessionem post dies nostros perpetualiter liberatam, sicut ante praedictum est, concedendo donamus, ut laus Dei a congregatione illa intercessioque animarum nostrarum omniumque amicorum nostrorum in illo loco incessanter, quamdiu christiana fides permaneat, cotidie erigatur. Hanc eandem donationem cum signo sanctae crucis Christi confirmavi, hiis testibus consentientibus quorum hic nomina infra in cedula adscripta continentur.

Ego Æðelpolf gratia Dei rex hanc meam donationem cum signo sanctae crucis Christi confirmo et subscribo.

Ego Ceolnoð gratia Dei archiepiscopus hanc donationem confirmo.

Ego Dudda dux consensi.

Omnes etiam seniores Cantuariensis aecclesiae subscripserunt et plures alii.

[A.] *Reg. Cant.*, C. v, f. [illegible]. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. [illegible]; from [A.] (with date 832).

---

408. *Grant by Athulf, King [of Kent], to Christ Church, Canterbury, of lands at Ellenea, or Elvny, etc., co. Kent; being apparently another form of the preceding charter, with mention of additional places.* A.D. (832 for) 833.

[✠ A]nno dominice incarnationis. DCCC XXXII. Ego Rex ATHULFUS instinctu Dei. ⁊ Ceolnothi archiepiscopi concedo ecclesie Christi in DOROBERNIA ad opus monachorum. has terras. EBBANEA. Deiferthesea. Mistanham. Langeburnan. Blaceburnanham. Peguuiningham. Ofneham. cum campis. silvis. pratis. pastum quoque. C. XX. porcorum. in silva quæ vocatur. Ægylbyrhtingahyrst[1]. ⁊ silvam quæ vocatur. Hostringedenne. ⁊ unam villam juxta civitatem Cantie. nomine Bertun. ad quam pertinet[2]. V. jugera. ⁊ duo prata. unum apud Scitinga. aliud apud Tanningtune. Hanc donacionem. Ego Rex Atheluulfus Christo concedo. liberam ab omni seculari servicio. exceptis pontis. expedicione. ⁊ arcis constructione.

[A.] MS. Lambeth 1212, p. [illegible]. Twysden, *Hist. Ang.*, col. [illegible]. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. [illegible].

[1] Ægelb, K.

[2] Pertinent, K.

409. *Charter of Withlaf, King of the Mercians, to Croyland Abbey.*
26th May, A.D. 833.

WITLACIUS dispositione divina rex Merciorum omnibus Christicolis universam Merciam inhabitantibus salutem sempiternam. Magnalia Dei prædicare et publicare minime mihi verecundum sed vere videtur honorificum et gloriosum, unde aperte confiteor domino qui in altis habitat humilia respiciens in cælo et in terra quoniam ad tempus iratus est mihi, conversus est furor suus et consolatus est me humilians in ira sua peccatorem usque ad terram detrahens usque ad pulverem: et iterum: In misericordia sua suscitans de pulvere egenum, et de stercore erigens pauperem ut sedeam cum principibus, et solium gloriæ teneam. In die igitur bonorum, ne immemor sim malorum, memor ero Rahab et Babilonis scientium me, non Rahab meretricis sed Etheldritæ sanctissimæ virginis cognatæ meæ, pro sponsi sui agni immaculati amore Croylandiæ reclusæ, et in tempore tribulationis meæ me in cella sua quatuor mensium spatio diligentissime abscondentis a facie inimici et persequentis: memor etiam ero Babilonis, non turris confusionis sed sanctissimæ ecclesiæ Croylandensis quæ terra turris ad cælum ascendens, vigiliis et orationibus psalmis et lectionibus, disciplinis et afflictionibus, lachrimis et singultibus, eleemosinis et innumeris aliis devotionibus pietatisque officiis, pro sæculo peccatore, fortissimam violentiam regno cælorum ingerit die ac nocte.

Itaque quoniam venerabilis pater dominus SIWARDUS abbas CROYLANDIÆ protexit me in tabernaculo suo in die malorum celans et salvans a facie tribulantis, ultra privilegia meorum antecessorum regum Merciorum, qui prædictum monasterium variis libertatibus et donariis nobiliter illustrarunt, offero et ego magno Altari prædicti monasterii de paupertate mea calicem aureum, crucem auream, et tabulam capellæ propriæ, laminis aureis deauratam, me profitens dictæ ecclesiæ perpetuum pro viribus defensorem. Insuper præcipio omnibus ministris meis per universam Merciam constitutis, quod abbati Croylandiæ, monachis, et omnibus fratribus illius sanctissimi monasterii, cum ad civitates, et castella regia pro quocunque negotio accesserint, tanquam Wimundo filio meo vel mihi obediant in omnibus et ministrent, nihil pro expensis quas ipse vel sui fecerint ibidem ab eis accipientes sed cum litera vel signo dictorum monachorum, archarius meus expensas omnes hujusmodi, cum dicti ministri mei annumeraverint, pro fisco integre acceptabit.

Volo etiam et præcipio quod quicunque in regno meo pro quocunque delicto reus inventus et legibus obnoxius fuerit, si fugerit ad dictum monasterium, et coram abbate dicti monasterii qui pro tempore fuerit, gratiam sanctissimi confessoris Guthlaci ibidem corporaliter quiescentis invocans, fidelitatem ei et servicium juraverit sempiternum, salvus et securus protectione Abbatis et monachorum suorum in quocunque servitio per totam insulam Croylandiæ ipsum posuerint sicut in asylo vel in camera mea propria, pace mea et impunitate gaudeat nullusque ministrorum meorum ultra ipsum insequi audeat nec in aliquo molestare sub pœna perditionis dextri sui pedis, quicunque de meo regno istud meum privilegium tentaverit in aliquo violare. Licebitque dicto fugitivo in quibusque aquis quæ dictam insulam ambiunt navigare, et piscari, ac aliter quomodocunque a dominis suis assignatus fuerit, laborare absque ministrorum meorum vel alicujus alterius calumnia vel gravamine. Quod si extra dictas aquas vel metas dicti monasterii captus aliquando fuerit, pœnam quam quondam meruit, sive mortem, sive membrorum suorum mutilationem, si ministri mei vel quicunque sui adversarii per juramentum sex hominum fide dignorum probare poterunt quod extra metas suas inventus fuerit, absque ulla gratia sustinebit. dictas vero metas monasterii Croyland in quinque ejus aquas prædictas tam ministris meis quam abbati et monachis suis pro suis dictis fugitivis describi feci et notari.

Dictæ namque aquæ vocantur istis nominibus videlicet Shepshee ad orientem, in cujus ripa occidentali crux lignea stat vetusta et distat ab ipsa aqua per decem pedes æqualiter posita in medio inter duos angulos ejusdem insulæ scilicet Asmictoft qui est angulus et meta dictæ insulæ contra vulturnum et Tedwarker qui est angulus et meta dictæ insulæ contra subsolanum. Secunda aqua quæ claudit dictam insulam ad Austram vocatur Southee. In cujus ripa posita est crux lapidea distans a Namanlandhirne per quinque perticatas, et a Southee per sex perticatas ubi Southee intrat in aquam de Nene quæ currit ad pontem de Croyland. sed metæ fugitivorum in illa parte diriguntur in Mariscum occidentale per Emfet contra Affricum, et sic usque ad Folwardstaking contra Chorum et sic divertendo ad Boream ubi Southlake intrat in aquam de Weland ex opposito lapideæ crucis quæ stat in boreali ripa dictæ aquæ de Weland distans ab ipsa aqua per quinque pedes quæ currit inde ad prædictum pontem de Croyland. sed metæ fugitivorum ab illa cruce diriguntur in mariscum boreale directe usque ad Oggot qui est angulus metarum contra Favonium, et sic

redeundo versus orientem per Wodelade usque ad Apinholt et ibi ascend'end'o per aquam de Weland quæ est quarta aqua claudens insulam in illa parte sicut tertia aqua de Nene claudit eam ex altera parte pontis de Croyland usque ad Seweram de Asendick cadentis in Weland ubi stans fracta crux lapidea distat ab ipsa aqua de Asendick est quinta aqua claudens ab illo loco insulam prædictam contra Aquilonem usque ad Aswictoft. si extra istas quinque aquas et metas prænominatas fugitivus inventus fuerit tanquam Semei extra Jerusalem publicis legibus subjiciendis pænam quam meruit patietur. quod si intra prædictas aquas et metas, et prædictarum aquarum ripas exteriores, homicidium, furtum vel aliam forisfacturam fecerit per balivos dicti monasterii capiendus juxta in ipsa insula cujus immunitatem perdidit patietur, et ibidem judicandus in carcere Abbatis condemnabitur. Et ut istud meum privilegium firmius et fortius ad posteros perseveret, per dominum meum Egbertum regem Westsaxoniæ, et Athelwlfum filium ejus illud obtinui confirmari. Offero etiam Secretario dicti monasterii in ministerium sanctissimi altaris clamidem coccineam qua indutus eram in coronatione mea ad capam inde sive casulam faciendam, et in Ecclesiæ sanctissimæ ornamentum velum meum aureum quo inciditur excidium Trojæ in meo anniversario si placuerit in parietibus suspendendum. Offero etiam Refectorario dicti monasterii ad usum præsidentis quotidie in refectorio cyphum meum deauratum et per totam partem exteriorem barbaris victoribus ad dracones pugnantibus celatum quem cratibolum meum solitus sum vocare, quia signum crucis per transversum ciphi imprimitur interius cum quatuor angulis simili impressione protuberantibus, et cornu meæ mensæ ut senes monasterii bibant inde in festis sanctorum, et in suis benedictionibus meminerint aliquando animæ Wiclafiæ donatoris.

Confirmo etiam dicto monasterio omnes terras et tenementa, possessiones, et earum peculia et omnia alia donaria quæ predecessores mei reges Merciorum et eorum proceres vel alii fideles Christiani sive Judei dictis monachis dederunt, vendiderunt vel nundiaverunt, aut aliquo alio modo in perpetuam possessionem tradiderunt, et specialiter donum Thoroldi quondam vicecomitis Lincolniæ in Bokenhale, videlicet duas carucatas terræ et dimidiam, et viginti sex acras prati, et quinquaginta acras silvæ de brushæ. Item donum Geolphi filii Maltæ in Halington, videlicet quatuor bovatas terræ de Luland[1], et decem bovatas in servitio, et triginta quatuor acras prati in Gernthorp. Item donum

[1] ? inland.

Eregisti[1] militis, videlicet totam villam de Langtoft et in campis ejusdem villæ sex carucatas terræ arabilis habentes in longitudine, XV quarentenas et . IX . quarentenas in latitudine, et centum acras prati, et silvam et mariscum duarum leucarum in longitudine et duarum leucarum in latitudine . et ecclesiam ejusdem villæ et . XL . acras de eodem feodo in campo de Deping . Item donum Algari[2] militis, scilicet Northlang in Baston, videlicet quatuor carucatas terræ arabilis continentes in longitudine octo quarentenas, et VIII quarentenas in latitudine, et XLV . acras prati, et mariscum continens in longitudine sexdecem quarentenas, et VIII quarentenas in latitudine, et Ecclesiam ejusdem villæ, et unum molendinum, et dimidium alterius molendini et totam piscariam in aqua a molendino versus Occidens usque ad finem marisci ejusdem villæ versus Orientem . Item donum ejusdem Algari militis in Repingale videlicet tres carucatas terræ arabilis et XL acras prati . Item donum Normanni quondam vicecomitis in Sutton juxta Bosworth duas carucatas terræ et unum molendinum ventricium . Item donum ejusdem Normanni in Stapelton videlicet manerium et duas carucatas terræ . Item donum ejusdem in Badby videlicet quatuor hidas terræ cum appendiciis . Item donum Algari comitis in Holbeche et in Cappelade videlicet quatuor carucatas et sex bovatas et . XVIII . acras prati, et meriscum . Item donum ejusdem in villa sua de Spauldeling videlicet tres carucatas prati et . IV . salinas cum ecclesia ejusdem villæ . Item donum Oswii militis in Draitona videlicet octo hidas terræ et . IV . virgatas, et ecclesiam ejusdem villæ . Item donum Asketelli coqui mei in Glaphton videlicet tres virgatas terræ . Item donum Wulgeti pincernæ mei in Peiekirk tres virgatas terræ . Item donum nuncii mei in Laithorp unam bovatam terræ . Item donum Siwardi vicecomitis in Kirkby tres bovatas terræ, unam mansionem, et tria cotagia . Et in Standoun donum Sigburgæ comitissæ . V . hidas terræ . Et donum Wulnoti dapiferi mei in Adingtona, videlicet duas hidas terræ, et piscariam cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ . et in alia Adingtona ex dono ejusdem unam virgatam terræ .

Istas terras et tenementa prædicto monasterio Croylandiæ, et monachis ibidem Deo servientibus in pacificam et perpetuam possessionem, concedo, trado et confirmo, habenda de me et heredibus meis quibuscunque regibus Merciorum post me successuris, in puram et perpetuam eleemosinam libere, quiete, et solute ab omnibus oneribus secularibus, exactionibus, et vectigalibus uni-

[1] See No. 382. [2] See No. 382.

versis, quocunque nomine censeantur. Quod si quis adversarius instigante diabolo in quibuscunque prædictis terris aut tenementis tot regum spatio pacifice possessis et eorum autoritate confirmatis calumniam ponere voluerit in futurum: me, et successores meos reges Merciorum profiteor presenti chirographo et polliceor, dicti monasterii futuros in perpetuum defensores. Istud chirographum, domino Siwardo abbati meo patri et Etheldrithæ sanctissimæ virgini pro Christe amore ibidem reclusæ, carne quidem cognatæ meæ, sed quod majus est, in Christo charissimæ sorori, quondam promissum in præsentia dominorum meorum Egberti regis Westsaxoniæ et Athelwulphi filii ejus coram Pontificibus et Proceribus majoribus totius Angliæ in civitate Lundonia ubi omnes congregati sumus pro consilio capiendo contra Danicos piratas, Angliæ littora assidue infestantes, signo sanctæ crucis confirmavi.

✠ Ego Celnothus archiepiscopus Dorobornensis consului.
✠ Ego Eubaldus Eboracensis archiepiscopus consignavi.
✠ Ego Osmundus Londoniensis episcopus collaudavi.
✠ Ego Helmstanus episcopus Wintoniensis assensum præbui.
✠ Ego Herewinus Lichfeldensis episcopus consensi.
✠ Ego Cedda Herfordensis episcopus aspiravi.
✠ Ego Adelstanus Shireburnensis episcopus procuravi.
✠ Ego Humbrithus Helm' episcopus approbavi.
✠ Ego Wilredus Dommocensis episcopus ann[u]i.
✠ Ego Herferdus Wigornensis episcopus gratum habui.
✠ Ego Godwinus Roffensis episcopus favi.
✠ Ego Hedda abbas de Medeshamsted ratificavi.
✠ Ego Ambertus abbas Ripadii interfui.
✠ Ego Kinewinus abbas de Bardinei astiti.
✠ Ego Egbertus rex Westsaxoniæ concessi.
✠ Ego Adelwlphus filius regis Westsaxoniæ consensum dedi.
✠ Ego Wulhardus Dux affui.
✠ Ego Athelinus Dux audivi.
✠ Ego Herebrithus dux acceptavi.
✠ Ego Swithinus præsbiter regis Egberti præsens fui.
✠ Ego Bosa scriba regis Withlafii manu mea chirographum istud scripsi.
✠ Ego Withlafius domini nostri Jhesu Christi gratia rex Merciorum ad sanctæ matris Ecclesiæ honorem, et divini cultus exaltationem, Anno Incarnationis ejusdem nostri Salvatoris DCCCXXXIII. in festo Sancti Augus-

tini Confessoris doctoris et Apostoli nostræ gentis hæc paucula offero, pluraque offerrem, quin corpus meum in morte mea tam sancto monasterio promitterem, nisi ante sepulturam meam Ripadio devovissem. Veruntamen spiritus meus permanebit vobiscum in æternum.

[A.] British Museum MS. Arundel 178, f. 38 (Ingulph). ed. Birch, 1883, p. 13; ed. Savile; ed. Fulman. Dugdale, *Mon. Angl.* vol. ii. p. 102.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. ccxxxiii; from [A.], with additions.

---

410. *Testimonial Charter of Agebert, or Ecgberht, King of the [West] Saxons, reciting the title of three sisters, Beornwyn, Alfled, and Walenburch, to land at Wennland, the original Charters having been lost.* 26th December, A.D. 833.

Hec est scripcio Ageberti Regis Saxonum de decem mansis terre dividende inter tres sorores loco ubi dicitur Pennland ecclesie sancti Edwardi de Shaftone!

In nomine domini nostri Jhesu Christi Ego AGEBERTUS gratia Dei occidentalium Saxonum Rex cum consensu ⁊ communi consilio episcoporum ⁊ principum meorum ac tocius plebis mee seniorum hanc testimonii cartulam conscribere jussi id est decem manencium terre illius ubi dicitur PENNLAND juxta ut firmiter juxta antiquam conscripcionem ipsis postsessoribus quorum propria hereditas Id sunt tres sorores Beornpyn. Alfled. Walenburch. assignata permaneat cum ejusdem territoriis. ⁊ omnibus rebus ad se pertinentibus absque ulla contradiccione firma stabilitate perseveret.

Et iccirco fecimus quia nescimus pro qua causa contingit quod anteriora scripsiuncula perdita fuissent. Et si unquam eveniat ut ab alicui. hominum inventa reperiantur. nisi in substantiam[1] et sustentacionem hiisdem heredibus perveniant. sint semper dijudicata atque prescripta ab omnibus catholicis erectam fidem colentibus illam utraque[2] terram easdem prenominate sorores inter se dividentes unusquisque illarum[3] accepit. III cassatos. ⁊ quarte terciam partem sibi in proprium jus.

Contigit autem post annorum curriculam[4] ut easdem prenominate sorores plus de paterna hereditate suscipientes Bearnwine

[1] Subtam, A.; cf. *Reg. Palat. Dunelm.*, ed. Hardy, vol. iv, p. ccxlix, col. 1.
[2] Iaquam? [3] Illarum, K. [4] -lum, K.

recessit in Domnomiam . ⁊ ibi partem suam sumpsit in loco qui vocatur Derentunchomm . Et aliis duobus has x . manentes prout illis placuit ⁝ dividendas dimisit . At illi vero inter se dividentes . Alfled accepit sibi in occidentali parte in dominium peculiare duos cassatos .

Territoria enim[1] hujus agelli ista sunt ⁝ Primitus of alor riðe uppe on anne þoure . þanen ⁝ on anne Walle dich . þanne[2] þurh reope on delesburg middenwearde . þanen ⁝ to cylberge . þane[2] ⁝ on pyrtruman þane[2] on burg þanne on anne dich ⁝ one þane ealdene hage . þanen anlang[3] ðies hagen oð anne þorn on hacggen hamme . þanen on anne hege ðat on irichte on anne oc ðonne est over melenbroc on anne ꝥ on anne stapel eft to anne aler riðe .

Scripta est enim[4] hujus privilegii scedula anno dominice incarnacionis D . CCC . XXXIII° . Indictione XII . die qua sancti Stephani prothomartiris solempnitas celebretur[5] in villa regali qui vocatur Dornwerecestre coram ydoneis adstipulatoribus quorum nomina subter notata patescunt .

Si quis autem tyrannica potestate inflatus et diabolica fraude deceptus hoc infringere aut minuere ausus sit ⁝ sciat se excommunicatum et a societate sanctorum seperatum[6] et ante tribunal Christi racionem redditurum .

✠ Ego Agebertus Rex hanc nostram communem corroboracionem propria manu signo sancte crucis ⁝ sic confirmo .

Ego Alstanus episcopus consensi ⁊ subscripsi . ✠

[A.] MS. Harl. 61, f. 17b.

[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CCXXXII; from [A.]. The boundaries in vol. iii, p. 380.

---

411. *Grant by Ecgberht, King of Kent, to Dunna, Abbess of Lyminge, of land at Sand tun, now Sampton, in West Hythe, co. Kent, salt-works near the R. Limene, and wood in Andredes Wood.* A.D. (773 for) 833.

✠ Regnante in perpetuum domino nostro Jhesu Christo . Cum cuncta cotidie fugitive vitae tempora prosperis et adversis causis Consistere cernimus . rapidissimoque cursu annorum spatia regnorumque ubique gaudia . finita esse manifestissimis signis declaratum est .

[1] Vero, K. [2] -nen, K. [3] Andl., K. [4] Autem, K. [5] -atur, K. [6] Sepa., K.

Quapropter ego ECGBERHTUS rex Cantie necnon et aliarum gentium . cum consensu et licentia meorum optimatum non pro pecunia sed pro remedio animae meae et pro expiatione scelerum meorum . aliquantulam partem terrae juris mei id est centum quinquaginta jugera libenter donans impendo . ad aecclesiam beatae genetricis Dei et domini nostri Jhesu Christi ⁊ DUNNE abb[atissae][1] suisque sociis . in loco qui dicitur SANDTUN . et in eodem loco salicoquenda[2] juxta limenae . et in silva ubi dicitur andred centum viginti plaustra ad coquendum sal . Et his limitibus haec telluris particula circumgyrari videtur . ab oriente terra regis . ab austro fluvius qui dicitur liminaee . ab occasu et in septemtrione hudanfleot .

Si quis autem aliquando pulsatus aut judicatus fuerit aut heredis meus hoc neglexerit cum Juda traditore dampnatus in inferno inferiore . Scripta est haec cartula anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi . D.CCLXXIII[3]. his testibus consentientibus quorum nomina inferius annotari videntur .

✠ Ego Ecgberht rex hanc meam donationem signum crucis Christi inpressi .

✠ Ego Cialnoth gratia Dei archiepiscopus hanc prædictam donationem cum signo sanctae crucis Christi roboravi ⁊ subscripsi .

✠ Ego Beornmod episcopus consensi et subscripsi .

✠ Ego Alhstan episcopus consensi ⁊ subscripsi .

✠ Ego Ceonred episcopus consensi ⁊ subscripsi .

✠ Ego Osmod dux consensi ⁊ subscripsi .

✠ Ego Uulfhard dux consensi ⁊ subscripsi .

✠ Ego Eanuulf dux consensi ⁊ subscripsi .

✠ Ego Bofa dux consensi ⁊ subscripsi .

✠ Ego Drihtnoth abbas consensi ⁊ subscripsi .

✠ Ego Freodoric abbas consensi ⁊ subscripsi .

✠ Ego Healberht diaconus consensi ⁊ subscripsi .

✠ Ego Beornmod minister consensi ⁊ subscripsi .

✠ Ego Heanoth minister consensi ⁊ subscripsi .

✠ Ego Oshere minister consensi ⁊ subscripsi .

[1] Abb', A. K. F.; for use of the contraction abb' for abbatissa, see p. 517, n. 3; Dunne (abbess of Liming?), F. in index. Dunna, al. Dunne, is a female name, cf. Dunna sanctimonialis, No. 156. cf. also Duna, Tunna, etc., in E. Forstemann's *Altdeutsches Namenbuch*, vol. i, col. 356. [2] Sali cuquenda, K. F. The site of the land here mentioned appears to be in the neighbourhood of Sandgate, on the south-west of Kent, perhaps the modern name of Saltwood is explained by the terms of this grant. See No. 148. [3] . MD . CCLXXIII ., F.

✠ Ego Alhhere minister consensi ⁊ subscripsi.
✠ Ego Lulla minister consensi ⁊ subscripsi.

On the back of the charter, by a hand of the xth century, is written:—" Sand tunes boc"; *and by a later hand,* " Egbertus rex dedit C. L. jugera ad ecclesiam sancte Marie de Sandtun". " Latine".

[A.] Original Charter in British Museum, MS. Cotton, Augustus II, 102.
[F.] Brit. Mus., *Facs.*, pt. i. pl. 16.
[K.] Kemble *Cod. Dipl.*, No. CCXXXIV; from [A.]

See the *Chartulary of the Monastery of Lyminge*, by Rev. Canon R. C. Jenkins, pp. 23-24 (remarks on No. 148).

---

412. *Will of the Reeve Abba. Charges on land at Challock, co. Kent, by Heregyð, or Henhith; his wife, in favour of Christ Church, Canterbury. About* A.D. 833.

✠ Ic ABBA ge roefa Cyðe ⁊ pritan hate hu min pilla is þæt mon ymb min ærfe gedoe Æfter minum dæge. Ærest ymb min lond þe ic hæbbe ⁊ me God lah ⁊ ic æt minum hlafordum begæt, Is min pilla gif me God bearnes unnan pille ðæt hit foe to londe æfter me ⁊ his bruce mid minum ge meccan ⁊ sioððan spæ forð min cynn ða hpile þe God pille ðæt ðeara ænig sie þe londes peorde sie ⁊ land ge haldan cunne, gif me ðonne gifeðe sie ðæt ic bearn begeotan ne mege þonne is min pilla þæt hit hæbbe min piif ða hpile ðe hia hit mid clennisse ge haldan pile ⁊ min broðar Alchhere hire fultume ⁊ þæt lond hire nytt gedoe. ⁊ him man sælle an half spulung an Ciollan dene to habbanne ⁊ to brucanne piððan ðe he ðy geornliocar hire ðearfa bega ⁊ bepiotige. ⁊ mon selle him to ðem londe. IIII. oxan. ⁊. II. cy, ⁊. L. scæpa ⁊ ænne horn, gif min piif ðonne hia nylle mid clennisse spæ ge haldan ⁊ hire liofre sie oðer hemed to niomanne ðonne foen mine megas to ðem londe ⁊ hire agefen hire agen. gif hire ðonne liofre sie an mynster to gánganne oððа suð to faranne ðonne agefen hie tpægen mine mægas Alchhere ⁊ Aeðelpold hire. tpa ðusenda ⁊ fon him to ðem londe. ⁊ ágefe mon to LIMINGE. L. eapa, ⁊. V. cy, fore hie. ⁊ mon selle to FOLCANSTANE in mid minum lice. X. oxan. ⁊. X. cy. ⁊. C. eapa. ⁊. C. spina. ⁊ higum ansundran. D. pending. piððan ðe min pfif þær be nuge innganges spæ mid minum lice spæ sioððan yferran dogre spæ hpæder spæ hire liofre sie, gif higan ðonne oððe hlaford þæt nylle hire mynster lifes ge unnan. oððа hia siolf nylle ⁊ hire oðer ðing liofre sie, þonne agefe mon ten hund pending inn mid minum lice me pið legerstope ⁊ higum ansundran fif hund

pending . fore mine saple , ⁊ ic bidde ⁊ bebeode spælc monn se ðæt min lond hebbe ðæt he ælce gere agefe ðem higum æt Folcanstane . L . ambra maltes ⁊ . VI . ambra gruta . ⁊ . III . pega spices ⁊ ceses ⁊ . CCCC . hlafa ⁊ an hriðr . ⁊ . VI . scep . ⁊ spælc monn se ðe to minum ærfe foe ðonne gedele he ælcum messepreoste binnan cent mancus goldes ⁊ ælcum Godes ðiope pending , ⁊ to sc'e Petre min pærgeld tpa ðusenda ⁊ FreoðomuNd foe to minum speorde ⁊ agefe ðer æt feoper ðusenda ⁊ him mon forgefe ðer an ðreotenehund pending ⁊ gif mine broðar ærfe peard ge strionen ðe londes peorðe sie þonne ann ic ðem londes , gif hie ne ge strionen oððа him sylfum ælles hpæt sæle æfter hiora dege ann ic his Freoðomunde gif he ðonne lifes bið , Gif him elles hpæt sæleð ðonne ann ic his minra spæstar suna spælcum se hit ge ðian pile ⁊ him gifeðe bið , ⁊ gif þæt ge sele þæt min cynn to ðan clane ge pite ðæt ðer ðeara nan ne sie ðe londes peorðe sie þonne foe se hlaford to ⁊ ða higon æt Kristes cirican ⁊ hit minum gaste nytt ge doen , an ðas redenne ic hit ðider selle ðe se monn se ðe Kristes cirican hlaford sie 'se' min ⁊ minra erfe pearda forespreoca ⁊ mundbora ⁊ an his hlaforddome 'pe' bian moten ,

✠ Ic Abba geroefa ðis prite ⁊ festnie mid Kristes rode tacne .
✠ Ic Ciolnoð mid godes gefe ærcebiscop ðis prite ⁊ ðeafie ⁊ mid Cristes rode tacne hit festnie .
✠ Ic Beagmund presbiter ðis ðeafie ⁊ prite .
✠ Ic Pærhard presbiter abbas ðis ðeafie ⁊ prite .
✠ Ic Aeðelhun presbiter ðis ðeafie ⁊ prite .
✠ Ic Abba presbiter ðis þeafie ⁊ prite .
✠ Ic Pigmund presbiter ðis prite ⁊ ðeafie .
✠ Ic Iof[1] presbiter ðis ðeafie ⁊ prite .
✠ Ic Osmund presbiter ðis ðeafie ⁊ prite .
✠ Ic Pealhhere diacon ðis prite ⁊ ðeafie .
✠ Ic Badanoð diacon ðis prite ⁊ ðeafie .
✠ Ic Heaberht diacon ðis prite ⁊ þeafie .
✠ Ic Noðpulf subdiacon ðis prite ⁊ ðeafie .
✠ Ic Pealhhere subdiacon ðis prite ⁊ ðeafie .
✠ Ic Ciolpulf subdiacon ðis prite ⁊ ðeafie .

✠ HEREGYÐ[2] hafað ðas pisan binemned ofer hire deg ⁊ ofer ABBAN ðæm higum et Cristes cirican of ðæm londe et CEALFLOCAN . ðæt is ðonne ðritig ombra alað . ⁊ ðreo hund hlafa ðeara bið fiftig

[1] Iop, T. [2] This paragraph, written on the back of the charter, in a different handwriting.

hpita hlafe, an peg spices ꝥ ceses. an ald hriðr. feoper peðras, an suin oððe sex peðras, sex gos fuglas. ten henn fuglas. ðritig teapera gif hit pintres deg sie. sester fulne huniges. sester fulne butran. sester fulne saltes, ꝥ Heregyð bibeadeð ðem mannum ðe efter hire to londe foen. on Godes noman ðæt hie fulgere piten ðæt hie ðiss ge læsten ðe on ðissem geprite binemned is ðem higum to CRISTES CIRICAN, ꝥ ðæt sie simle to higna blodlese[1] ymb tpelf monað agefen', ꝥ se mann se to londe foe agefe hire erfe honda XIII. pund pendinga. ꝥ hio forgifeð fiftene pund for ðy ðe mon ðas feorme ðy soel ge læste,,

Endorsed by a contemporary hand:—"Abbas geroefan arfe gedal his geðinga to Kristes cirican"; *and by a hand of the xiith century*, "Testamentum Abbe. cujus uxor Henhith dedit Cheafloke. conventui. tempore Chelnothi. anglice"; *and in a hand of the xivth century*, "Anno DCCC°. XXX°V°."

[A.] Original Charter in British Museum, Cotton MS., Augustus II, 64.
[F.] Brit. Mus., *Facs.*, pt. II, pl. 23.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.* No. CCXXXV; from [A.]
[T.] Thorpe, *Dipl.*, p. 469; from [K.]

---

413. *Grant by Ecgberht, King of the West Saxons, to Abingdon Abbey, of land at Mercham, or Marcham, co. Berks, etc. Easter and Christmas*, A.D. 835. cf. no 366

CARTA ECGBERHTI REGIS DE MERCHAM. ET DE ECCLESIE ABBENDUNENSIS LIBERTATE[2].

In nomine Dei et domini nostri Jhesu Christi redemptoris mundi. Anno dominice incarnationis. DCCC. XXX. V. indictione. XIII. Ego ECGBERT[3] rex Occidentalium Saxonum dedi monasterium illud[4] MERCHAM quinquaginta manentium ad ABBENDUNE cum licentia et consensu totius nostre gentis et unanimitate[5] omnium optimatum. Hec donatio fuit facta in pascha in Dorchecestre[6]. et postera vice eandem donationem liberaliter in natali confirmavimus. anno imperii nostri XXXIIII. Et sic mandamus in nomine patris et filii et spiritus sancti. ut nullus superveniat hominum ibi superbia inflatus. nec rex suum pastum requirat. vel habentes

[1] Beodlese, "table-gathering", T.
[2] Carta Egbrihti regis Westsaxonum de Mercham, B.
[3] -berht, B.
[4] Mon. il., B. S.; erased, A., but written in a later hand on margin.
[5] Unamitate, B.
[6] Dorkecestre, B.

homines quos nos[1] dicimus *festigmen* nec eos qui accipitres portant vel falcones vel caballos ducunt sive canes. Nec penam mittere super eos quoquomodo[2] audeat nec princeps nec graphio hanc lenitatem præfatam in alicujus honeris[3] molestiam mutare audeat. aut in diebus nostris vel successorum nostrorum. Si pro aliquo delicto accusatur homo Dei æcclesiæ ille custos solus cum suo juramento si audeat illum castiget. Sin autem ut recipiat alienam justiciam hujus vicissitudinis conditionem præfatum delictum cum simplo precio componat. Quid plura? Ne cui hominum per vim aliquid ibi tribuatur. neque in palefridis. neque in refectiones. sed ab his omnibus liber permaneat. De illa autem tribulatione que *witereden* nominatur sit libera. nisi tamen singuli pretium solverit ut talia accipiant. Fures quoque quos appellant *weregeld Seofas* si foris rapiantur. pretium ejus dimidium illi æcclesiæ: et dimidium regi detur. Et si intus rapitur: totum reddatur ad æcclesiam. similiter de hereditate peregrinorum id est Gallorum et Brittonum et horum similium ecclesie reddatur. Pretium quoque sanguinis peregrinorum id est *wergeld* dimidiam partem rex teneat. dimidiam ecclesie antedicte reddant. Silva quoque omnis que illi ecclesie et suburbanis ejus suppetit in omnibus causis sit libera et non secetur ibi ad regis vel principis edificia aliqua pars materie grossi vel gracilis. sed ab omnibus defensa et libera maneat.

Si quis autem prescriptis statutis noluerit obedire. sciat se alienum esse a consortio sancte Dei ecclesie et a participatione corporis et sanguinis domini nostri Jhesu Christi per auctoritatem beati Petri apostoli. nisi digne emendaverit quod contra Dei ecclesiam fecisset.

Ego Egbert rex[4]. ✠.
Ego Æthelwlf filius regis. ✠.
Ego Ælfstan episcopus. ✠.
Ego Bethun episcopus. ✠.
Ego Kinred episcopus. ✠.
Ego Wlflaf abbas. ✠.
Ego Eadwald abbas. ✠.
Ego Wlfhar[5] dux. ✠.
Ego Osmod dux. ✠.
Ego Wigferd[6] dux. ✠.

Et multi alii hanc libertatem prascriptam cum his testibus infra

[1] Nos, omitted, B. S. [2] Quomodo, B. S. [3] On., K. [4] The cross has been placed before the name, and "consensi ? subscripsi" added after in each case, B. S. [5] Wlfar, B. S. [6] -fred, B.

nominatis firmiter in Jhesu Christo cum signaculo sancte crucis confirmantes roboravimus.

[A.] MS. Cotton, Claudius C, ix, f. 104b.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CCXXXVI; from [A.]
[B.] MS. Cotton, Claudius B, vi, f. 12.
[S.] Stevenson, *Chron. Abingd.*, vol. i, p. 33; from [B.]

---

414. *Grant by Cyneuuara, Abbess of Repingdon, to the Duke Hunbert, of land at Wyrcesuuyrthe, or Wirksworth, co. Derby, with annual rent charge of lead worth 300 shillings to Archbishop Ceolnoð and Christ Church, Canterbury.* A.D. 835.

[✠ A]nno dominice Incarnationis . DCCC . XXXV . Ego CYNEUUARA abbatissa concedo HUNBERTO duci terram juris mei nomine . WYRCESUUYRTHE . ea condicione ut omni anno det ecclesie Christi in DOROBERNIA pro gablo . plumbum . Trecentorum solidorum ad opus ejusdem ecclesie . archiepiscopo CEOLNOTHO . et successoribus ejus . Hoc donum meum de predicta villa præfata ecclesia inperpetuum omni anno habeat . Si quis hanc meam donacionem Christi ecclesie in Dorobernia abstulerit ⁝ perpetuo anathemate perculsus[1] . diabolus eum possideat in societate suorum .

[A.] MS. Lambeth 1212, p. 320.
Twysden, *Hist. Ang.*, col. 2222.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. MXLIII; from [A.]

---

415. *Profession of R. Bishop of Lichfield, to Celnoth, Archbishop of Canterbury.* A.D. 832 × 836 (?).

Domino meo vere sancto atque apostolico michique post Deum plurimum colendo beatissimo archiepiscopo CELNOTHO . extremus et ultimus servus servorum tuorum . r[2]. in Christo salutem. Quoniam ergo[3] me indignum famulum tuum tota æcclesia provinciæ nostræ sibi in episcopatus officium elegerunt cum . michimet ipsi conscius sim neque in seculari prudentia ornatum me esse . neque in eo quod omni sapientia præcellet[4] . in divina scientia tam sollerter me eruditum fore . ut talis honoris dignitate præ cæteris extollar . si

[1] Percussus, K.
[2] This appears to be the initial letter of the bishop's name. It is omitted by H., who inclines to fix the profession to Kineferth.
[3] Ergo, omitted, H.
[4] -lit, H.

hoc Dei prædestinationis voluntati placet[1] . et tua vere sancta jussio sit ut pondus tanti regiminis excipiam ! cum omni humilitate flexis genibus peto clementissimam paternitatem tuam in domino . quatinus michi indigno servulo tuo adjutorium utillimæ opitulationis impendere digneris . hoc est in saluberrimis secularium rerum doctrinis erudire . et maxime quod omnibus donis pretiosius prefero tuis almis orationibus meæ imperfectionis parvitatem fulcire sustentarique pro æternæ retributionis mercede digneris .

Ego autem juxta normulam sacri canonis nostri et secundum æcclesiasticam regulam quemadmodum virium possibilitas permittit . omnem obœdientiæ famulatum cum intima[2] cordis devotione uná cum omnibus qui mecum sunt in domino tuis piis preceptis exhibiturum esse me veridico profiteor ore . Exemplum etiam antecessorum meorum venerabilium patrum . tuorum videlicet famulorum in Christo . ALDUULFI . HEREUUINI . ETHELUUALDI[3] . non ut voluero . sed ut potero exequar . Insuper etiam orthodoxam . catholicam . apostolicamque fidem sicut ab illis didici . paucis verbis exponam .

In primis credo in unum Deum patrem omnipotentem . conditorem visibilium et invisibilium rerum . Credo et in Jhesum Christum filium ejus unicum dominum nostrum . conceptum de spiritu sancto . et natum ex Maria virgine Deum hominemque perfectum . passum sub Pontio Pilato . a Judeis crucifixum et sepultum . ad inferos descendentem . tertia die resurgentem ex mortuis . ascendentem in cœlos ubi nunquam defuit . considentem in dexterá patris . Dei virtutem et Dei sapientiam . eundemque venturum sub fine seculi cum angelis suis reddere retributionem bonorum operum justis . et injustis damnationem malorum operum . Credo et in spiritum sanctum procedentem a patre et filio . vivificantem universa quæ in cœlis et quæ in terris sunt et unam sanctam catholicam apostolicamque æcclesiam . Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum . et carnis resurrectionem . et vitam æternam futuri seculi . Suscipio etiam decreta pontificum et sex synodus catholicas antiquorum heroicorum virorum . et præfixam ab eis regulam sincera devotione conservo . et quæ anathematizaverunt anathematizo . et quæ damnaverunt toto ex corde respuo .

Hæc ergo pro ut potui vel epistolaris brevitas passa est paternitatis tuæ sullimitati rescripsi . quatinus latius et profundius de trinitatis scientia et unitatis cognitione qualiter unum Deum in

[1] Si hoc . . . placet, omitted, H. [2] Maxima, H. [3] Bishops of Lichfield. Ethelwald died in A.D. 828, and was succeeded by Hunberht, who in turn was succeeded by Kineferth, or Kynferth (A.D. 836, first signature).

trinitate . et trinitatem in unitate veneror : debuissem stilo percurrente pronuntiare . Sed nunc quasi ad presens provolutus pedibus tuis . iterum iterumque obsecro ut pro mea fragilitate omniumque[1] nostrum orare digneris . ut tandem aliquando de tot necessitatibus quibus peccatis nostris valde affligimur . liberati cognoscamus quia ipse est dominus Deus noster : qui facit mirabilia magna solus . qui jam non tradet bestiis animas confitentes sibi . neque amplius patietur nos temptari supra id quam sufferre possumus . sed faciet pro sua pietate in ipsis temptationibus misericordem proventum ut sustinere possimus .

Et alia manu. Orantem pro nobis beatitudinem vestram divina gratia custodire dignetur amen .

[A.] MS. Cotton, Cleopatra E. i, f. 21. | [H.] Haddan and Stubbs, vol. iii, p. 612; from [A.]

---

416. *Grant by Uuiglaf, King of the Mercians, to Heanbyrg, or Hanbury Monastery, co. Worcester.* A.D. 836.

✠ Regnum Dei querendum est super universa lucra terrena Paulo testante apostolo quae[2] enim videntur temporalia sunt Sed que non videntur aeterna sunt quid[3] prodest homini totum mundum lucrare si anima ejus detrimentum patietur ,

